





3 1761 06839317 2









D475i

# INSCRIPTIONES LATINAE

SELECTAE.

EDIDIT

HERMANNUS DESSAU.

VOL. II. PARS II.

168413.  
9.1.22.

---

BEROLINI  
APUD WEIDMANNOS  
MCMVI.

CN  
521  
D4  
V.2  
pars. 2

# SVMMARIVM

## VOL. II, 2.

### Caput XV.

	pag.
Tituli collegiorum . . . . .	737
Leges collegiorum p. 737. Tabulae patronatus p. 743.	
Collegia fabrum p. 747. Collegia iuvenum cet. p. 761.	

### Caput XVI.

Tituli ministrorum vitae privatae, opificum, artificum . . . . .	771
Vilici, dispensatores cet. p. 771. Pistores, coci cet. p. 783. Negotiatores p. 786. Sutores, vestiarii cet. p. 795. Fabri cet. p. 804. Architecti p. 817. Mensesores p. 818. Advocati cet. p. 819. Grammatici p. 824. Rhetores p. 825. Philosophi p. 826. Acta de schola Epicurea Atheniensi p. 827. Medici p. 828.	

### Caput XVII.

Tituli sepulcrales . . . . .	834
Antiquissima quaedam p. 834.	
Sepulcra communia p. 838.	
Diverbia, sententiae funebres cet. p. 876. Comminationes, imprecationes cet. p. 885. Iura sepulcrorum p. 890. Testamenta lapidi incisa p. 918. Laudationes funebres p. 924.	
Mortes singulares p. 942. Parentelae quaedam p. 946.	

### Caput XVIII.

Tituli instrumenti domestici . . . . .	951
Antiquissima p. 951. Amphorae p. 953. Vascula fictilia p. 958. Vascula vitrea p. 960. Lucernae p. 960. Varia supellex aerea argentea aurea p. 961. Tesserae lusoriae p. 963. Tabulae lusoriae p. 964. Mensurae, staterae, pondera p. 965. Horologia p. 968.	
Tegulae p. 970. Fistulae plumbeae aquariae p. 975. Massae plumbi p. 979. Massae sulfuris p. 980. Massae marmoris p. 980.	
Collaria servorum p. 982. Signacula medicorum oculariorum p. 983.	

	pag.
Caput XIX.	
Analecta varia . . . . .	986
Vasculum Dresselianum p. 986.	
Fasti anni civilis et rustici p. 987.	
Tabellae defixionum p. 996.	
Tituli statuæ Memnonis similesque p. 1000.	
Lex convivalis p. 1002.	
-----	
Appendix titulorum Graecorum . . . . .	1003
Monumenta liberae reipublicae p. 1003.	
Tituli imperatorum p. 1010.	
Tituli senatorum ætatis imperatoriae p. 1020.	
Tituli magistratuum ordinis equestris, magistratuum minorum, apparitorum p. 1030.	
Tituli militares p. 1035.	
-----	



CAPVT XV.  
TITVLI COLLEGIORVM.

---

**7211** cons|tituti|ones | corporis | munimenta.

*Romae, ad pedes statuæ viri togati in scrinio (cf. Marquardt Privatleben der Römer ed. 2 p. 678 not. 2) marmoreo (VI 29814 imaginem dedit Momms. Zeitschr. der Savignyst. f. Rechtsg. Rom. Abth. 12. 1891 p. 447). Gemellus est titulus et ipse in scrinio voluminum pleno inscriptus VI 29815.*

---

Leges collegiorum.

**7212** [L. Ceionio] Commodo Sex. Vettuleno Civica Pompeiano cos.<sup>1</sup>  
a. d. V̄ idus Iún. |

(Pag. 1).

(1) [Lanuvi in municipio in] templo Antinoi, in quo L. Caesennius Rufus | [patronu]s municipi conventum haberi iusserat per L. Pompeium | . . . .  
. . . . um qq.<sup>2</sup> cultorum<sup>3</sup> Dianae et Antinoi, pollicitus est se | . . . . [d]aturum  
eis ex liberalitate sua HS XV m. n.<sup>4</sup> úsum<sup>5</sup>, die | (5) [natali]s Dianae  
idib. Aug. HS CCCC n.<sup>6</sup>, et die natalis Antinoi, V k. | [Decemb.]. HS CCCC n.;  
et praecepit legem ab ipsis constitutam sub tetra[stylo A]ntinoi parte in-  
teriori perscribi in verba infra scripta: | [M. Antonio Hiber]o P. Mummio  
Sisenna cos.<sup>7</sup> k. Ian. collegium salutare<sup>8</sup> Dianae | . . . .<sup>9</sup> et Antinoi con-  
stitutum, L. Caesennio L. f. Quir. Rufo dict. III<sup>10</sup> idemq. patr.<sup>11</sup> |

(10) Kaput ex s. c. p. R.<sup>12</sup>:

Quib[us coire co]nvenire collegiumq. habere liceat.<sup>13</sup> Qui stipem men-  
struam<sup>14</sup> conferre volen[t in fun]era, in it collegium coeant, neq. sub  
specie eius collegi nisi semel in men[se c]oeant co]nferendi causa, unde  
defuncti sepeliantur. |

[Quod fa]ust[um fe]lix salutareq. sit imp. Caesari Traiano Hadriano Aug.  
totiusque | (15) [do]mus<sup>15</sup> [Aug.], nobis [n]ostris collegioq. nostro, et bene  
adque industrie contraxerimus, ut | [e]xitus d[efu]nctorum honeste prose-  
quamur! Itaq. bene conferendo universi consentire | debemus, u[t long]o  
tempore inveterescere possimus. > Tu qui novos in hoc collegio | intrare  
vole[s, p]rius legem perlege et sic intra, ne postmodum queraris aut  
heredi tuo | controver[s]am relinquis.

## Lexs collegi. |

(20) [Placu]it universis, ut quisquis in hoc collegium intrare voluerit, dabit kapitulari nomine | HS C n. et v[ini] boni amphoram<sup>16</sup>; item in menses sing. a.<sup>17</sup> V. > Item placuit, ut quisquis mensib. | contin[uis se]x<sup>18</sup> non pariaverit et ei humanitus acciderit, eius ratio funeris non habebitur, | etiamsi [test]amentum factum habuerit. > Item placuit: quisquis ex hoc corpore n.<sup>19</sup> pariatu[s] decesserit, eum sequentur ex arca HS CCC n., ex qua summa decedent exe-(25) quiar[um] nomine HS L n., qui ad rogos dividuntur; exequiae autem pedibus fungentur. |

Item placuit, quisquis a municipio ultra milliar. XX<sup>20</sup> decesserit et nuntiatum fuerit, eo exire debebunt | electi ex corpore n. homines tres, qui funeris eius curam agant et rationem populo reddere debebunt | sine dolo m[al]o; et si quit in eis fraudis causa inventum fuerit, eis multa esto quadruplum. Quibus | [funeraticium] eius dabitur; hoc amplius viatici nomine ultro citro sing. HS·XX n. Quod si longius | (30) [a municipio] supra mill. XX decesserit et nuntari non potuerit, tum is qui eum funeraverit, testa[tor rem tabu]lis signatis sigillis civium Romanor. VII, e[t] probata causa funeraticium eius, sa[tis dato ampli]us neminem petiturum, deductis commodis et exequiario, e lege collegi dari | [ei debebit]. [A n. co]llegio dolus malus abesto neque patrono neque patronae neque d[omino] |

(Pag. II)

neque d[omi]nae neque creditori ex hoc collegio ulla petitio esto, nisi siquis testamento here[s] | nomina[tu]s erit. Si quis intestatus decesserit, is arbitrio quinq.<sup>21</sup> et populi funerabitur. |

Item placuit: q[ui]squis ex hoc collegio servus defunctus fuerit, et corpus eius a domino domina[re] | iniquitatae (sic) sepulturae datum non fuerit neque tabellas fecerit, ei funus imag[ina]rium fiet. | (5) > Item placuit: quisquis ex quacumque causa mortem sibi adsciverit[t], | eius ratio funeris non habebitur. |

Item placuit, ut quisquis servus ex hoc collegio liber factus fuerit, is dare debebit vini | [bo]ni amphoram. > Item placuit: quisquis magister suo anno erit ex ordine a[bbi] | ad cenam faciendam, et non observaverit neque fecerit, is arcae inferet HS XXX n.; | (10) insequens eius dare debebit, et is eius loco restituere debebit. |

Ordo cenarum: VIII id. Mar. natali Caesenni . . . . patris. V k. Dec. nat. Ant[inoi]. | Idib. Aug. natali Dianae et collegi. XIII k. Sept. nat[us]. Caese[n]ni Silvani<sup>22</sup> fratris. Pr. n[on]. . . | natali Corneliae Proculae matris. XIX k. Ian. n[at. Caes]enni Rufi patr. munic[ipi].

Magistr[um] cenarum ex ordine albi facti qu[atuor]o<sup>23</sup> ordine homines quaterni<sup>24</sup> ponere debet[unt]: | (15) vini boni amphoras singulas, et panes a.<sup>25</sup> II qui numerus collegi fuerit, et sardas [nu]mero quattuor, strationem, caldam cum ministerio. |

Item placuit, ut quisquis quinquennalis in hoc collegio factus fuerit, is a sigillis eius temporis, | quo quinquennalis erit, immunis esse debebit, et ei ex omnibus divisionibus partes dupl[as] | dari. Item scribae et viatori a sigillis vacantibus partes ex omni divisione sesquip[las] | (20) dari placuit. |

Item placuit, ut quisquis quinquennialitatem gesserit integre, ei ob honorem partes se[squi]plas ex omni re dari, ut et reliqui recte faciendo idem sperent. |

Item placuit, si quis quid queri aut referre volet, in conventu referat, ut quieti e[st] | hilares diebus sollempnibus epulemur. |

(25) Item placuit, ut quisquis seditionis causa de loco in alium locum transierit, ei multa es[to] HS III n. > Siquis autem in obprobrium alter alterius dixerit, aut tu[mul]tuatus fuerit, ei multa esto HS XII n. > Si quis quinquennali inter epul[as] | obprobrium aut quid contumeliose dixerit, ei multa esto<sup>16</sup> HS XX n. |

Item placuit, ut quinquennalis sui cuiusque temporis diebus sollempn[ibus ture] | (30) et vino supplicet et ceteris officiis albus fungatur, et die[bus natalibus] | Dianae et Antinoi oleum collegio in balinio (sic) publico po[nat antequam] epulentur.

*Lanuvii (Civitas Lavigna) rep. a. 1816, extabat ibi in aedibus Frezza usque ad annum 1898, quo translata est Romam, tabula marmorea, per duas paginas (excepto v. 4) scripta (XIV 2442 vidi; imago est Mélanges de l'École fr. de Rome 1898 tab. VII. VIII cf. p. 274). Tractavit Mommsen de collegiis et sodaliciis (Kilae 1843) p. 98—145. — 1) A. 156. — 2) Quinquennalem. — 3) Cf. infra N. 7547 seq. — 4) Sestertium quindecim milium nummum. — 5) Dedit non ipsam sortem, sed usum pecuniae. Usurae computantur quincunces cum unciae triente ( $5\frac{1}{3}\%$ ). (Pro XV m. n. scribi debuisse XVI m. n. coniecit Eck). — 6) Nummos. — 7) A. 155. — 8) Cf. infra N. 7536 seq. — 9) Perit fortasse agnomen Dianae. — 10) Dictatore tertium. De dictatore Lanuvino cf. Cic. pro Mil. 47, 45; supra N. 5683. 5707 (?). 6194. 6200. — 11) Patrono. — 12) Senatus consulto populi Romani. — 13) Cf. Mommsen de collegiis p. 84. — 14) Cf. Marcianus Dig. 47, 22, 4: s. c. permittitur tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense coeant cet. — 15) Scr. totique domui. — 16) Similia in lege curiae Africanae, supra N. 6824. — 17) Asses. — 18) Sic vel contin[uis] X. — 19) Nostro. — 20) Vicesimum. — 21) Quinquennalis. — 22) Fortasse idem quem memorat Plin. ep. 3, 8 (monuit M. Bang.). — 23) q[u]o primi editores; sed plures litterae perierunt. — 24) Scr. quaternos (vel hominum quaternorum). — 25) Assium.*

### 7213 Lex collegi Aesculapi et Hygiae. |

(2) Salvia C. f. Marcellina ob memoriam Fl. Apolloni proc. Aug., qui fuit a pinacothecis, et Capitonis Aug. l. adiutoris | (3) eius, mariti sui optimi piissimi, doum dedit collegio Aesculapi et Hygiae locum aediculae cum pergula et signum marmoreum Aesculapi et solarium tectum iunctum, in | (4) quo populus collegi s. s.<sup>1</sup> epuletur, quod est via Appia ad Martis<sup>2</sup> intra milliarium I et II ab urbe euntibus parte laeva inter adfines Vibium Calocaeum et populum<sup>3</sup>; item | (5) eadem Marcellina collegio s. s.<sup>4</sup> dedit donavitque HS L m. n. hominibus n. LX sub hac condicione, ut ne plures adlegantur, quam numerus s. s.<sup>5</sup> et ut in locum | (6) defunctorum loca

veniant<sup>6</sup> et liberi adlegantur, vel si quis locum suum legare volet filio vel fratri vel liberto duntaxat, ut inferat arcae n.<sup>7</sup> partem | (7) dimidiam funeratici; et ne eam pecuniam s. s.<sup>8</sup> velint in alios usus convertere, sed ut ex usuris eius summae diebus infra scriptis locum confrequentarent<sup>9</sup>; | (8) ex reditu eius summae si quod comparaverint sportulas hominib. n. LX ex decreto universorum quod gestum est in templo divorum<sup>9a</sup> in aede divi Titi con-|(9)ventu pleno, qui dies fuit V id. Mart. Bruttio Praesente et Iunio Rufino cos.<sup>10</sup>, uti XIII k. Oct. die felicissimo n.<sup>11</sup> Antonini Aug. n.<sup>12</sup> Pii p. p. sportulas<sup>13</sup> dividerent: in | (10) templo divorum in aede divi Titi C. Ofilio Hermeti qq. pp.<sup>14</sup> vel qui tunc erit X<sup>15</sup> III, Aelio Zenoni patri collegi X III, Salviae Marcellinae matri collegi X III, imm.<sup>16</sup> | (11) sing.<sup>17</sup> X II, cur.<sup>18</sup> sing. X II, populo sing. X I. Item pl.<sup>19</sup> pr. non. Nov. n.<sup>11</sup> collegi dividerent ex reditu s. s.<sup>4</sup> ad Martis in scholam n.<sup>20</sup> praesentibus qq. X VI, patri colleg. X VI, | (12) matri collegi X VI, imm. sing. X III, cur. sing. X III, panem [a.<sup>21</sup>] III; vinum mensuras qq. s.<sup>22</sup> VIII, patr. coll. s. VIII, imm. sing. s. VI, cur. sing. s. VI, populo sing. s. III. Item pr. non. Ian. | (13) strenuas (*sic*)<sup>23</sup> dividerent sicut s. s.<sup>8</sup> est XIII k. Oct. Item VIII k. Mart. die kare cognationis<sup>24</sup> ad Martis eodem loco dividerent sportulas pane et vinum sicut s. s. est | (14) prid. non. Nov. Item pr. id. Mart. eodem loco cenam, quam Ofilius Hermes qq. omnibus annis dandam praesentibus promisit, vel sportulas, sicut solitus est dare. Item | (15) XI k. Apr. die violari<sup>25</sup> eodem loco praesentibus dividerentur sportulae vinu pane sicut diebus s. s.<sup>26</sup> Item V id. Mai. die rosae<sup>27</sup> eodem loco praesentib. dividerentur spor-|(16)tulae vinu et pane sicut diebus s. s.<sup>26</sup> ea condicione, qua in conventu placuit universis, ut diebus s. s. ii qui ad epulandum non convenissent, sportulae et pane et vinu | (17) eorum venirent et praesentibus divideretur, excepto eorum qui trans mare erunt vel qui perpetua valetudine detinetur. Item P. Aelius Aug. lib. Zenon | (18) eidem collegio s. s.<sup>4</sup> ob memoriam M. Ulpi Aug. lib. Capitonis fratris sui piissimi dedit donavitque HS X m. n., uti ex reditu eius summae in contri-|(19)butione sportularum dividerentur. Quod si ea pecunia omnis quae s. s.<sup>28</sup> est, quam dedit donavit collegio s. s.<sup>4</sup> | (20) Salvia C. f. Marcellina et P. Aelius Aug. lib. Zeno, in alios usus convertere voluerint, quam in eos usus, qui s. s.<sup>1</sup> s.<sup>29</sup>, quos ordo collegi n.<sup>12</sup> decrevit et uti<sup>30</sup> | (21) haec omnia, q. s. s.<sup>28</sup> s.<sup>29</sup> suis diebus ut ita fiant dividantque, quod si adversus ea quid fecerint sive quid ita non fecerint, tunc qq. vel curato-|(22)res eiusdem collegi qui tunc erunt, si adversus ea quid fecerint<sup>30</sup>, qq. et curatores s. s.<sup>1</sup> uti poenae nomine arcae n.<sup>7</sup> inferant HS XX m. n. | (23) Hoc decretum ordini n. placuit in conventu pleno, quod gestum est in templo divorum in aede divi Titi V id. Mart. G. Bruttio Prae-|(24)sente A. Iunio Rufino cos.<sup>10</sup>, qq. C. Ofilio Hermete, curatorib. P. Ael. Aug. lib. Onesimo et C. Salvio Seleuco.

Romae (VI 10254 vidit Bormann). — 1) *Supra scripti*. — 2) *Cf. supra N. 5386 not. 4*. — 3) *Intellege ogram publicum*. — 4) *Supra scripto*. — 5) *Supra scriptus*. — 6) *Veneant*. — 7) *Nostrae*. — 8) *Supra scriptam*. — 9) *Condiciona quas Marcellina dixit, decretumque collegii de ea re postea factum, male contaminata videntur (Momms.)*. — 9<sup>a</sup>) *Cf. Huelsen Roem. Mitth. 1905 p. 21*. — 10) *A. 153*. — 11) *Natali*. — 12) *Nostri*. — 13) *sportulas vocabulum errore his positum (v. 8 et 9)*. — 14) *Quinquennali perpetuo*. — 15) *Denarios*. — 16) *Immunibus*. — 17) *Singulis*. — 18) *Curatoribus*. — 19) *Placuit*. — 20) *Nostram*. — 21) *Assium*. — 22) *Sextariorum*. — 23) *Sic scriptum est etiam N. 7214 v. 8. Cf. Consent. p. 596, 26 Keil (gramm. L. VI)*. — 24) *Cf. Ovid. fast. 2, 617 seq.; C. I. L. I p. 386 ed. 1 = p. 340 ed. 2*. — 25) *Cf. VI 10248: die ... violae*. — 26) *Supra scriptis*. — 27) *Dies rostationis C. VI 10259, sed XII k. Iunias; item VI 10248*. — 28) *Supra scripta*. — 29) *Sunt*. — 30) *Haec quoque perturbata a scriptore parum perito (Momms.)*.

**7214** . . . . . [Iulius] Aelianus ius scholae tetrastyli | . . . . .  
 . . . . Aug., quo conveniretur a negotiantibus | . . . . . eboraris dedit.  
 (Perierunt multa)

(4) [Item] placere, ut si alius quam negotiator eborarius aut citriarius [p]er | (5) [fr]audem curatorum in hoc collegium adlectus esset, uti curatores eius | (6) [cau]sa ex albo raderentur ab ordine. Debebunt utique curatores de eo | (7) [que]m adlecturi fuerint, ad quinq.<sup>1</sup> re[fe]rre.

(5) [Placere] item, uti k. Jan. strenuam (sic) X V<sup>2</sup> ex arca n.<sup>3</sup> a curatoribus n.<sup>4</sup> IIII sui cuiusq. | (9) [anni et m]ustacium<sup>5</sup> et palma et carica et pir[a] . . . osch . . . [darentur. Item] VIII [I kal.] Febr.<sup>6</sup> | (10) [natali Ha]driani Aug. sportulae darentur X V, et a curatorib. praestari pl[a]c. | (11) . . . [pan. et] vin[um et] caldam passive<sup>7</sup> iis, qui ad tetrastylum epulati fuerint.

(12) [Item . . . natali I]uli Aeliani sportulae ex arca darentur X III et a cur. | (13) [pan. et vinum et caldam pas]sive praestari placuit iis qui ad tetrastylum epulati | (14) [fuerint. Item . . . . natali I]uli Flacci filii sportulae ex arca darentur X III et a curatorib. | (15) . . . [et caldam passiv]e praestari placuit iis qui ad tetrastylum epulati fuerint.

(16) [Item uti] . . . . sport. ex arc. darentur X III et pan. et vin. et cald. passive iis | (17) [qui ad tetrastylum epulati] fuerint. Item placere uti cena rec[ta]<sup>8</sup> III idus Aug. die imperi<sup>9</sup> | (18) [Hadriani Aug.] . . . . sport. dare[n]tur a curat. n. IIII sui cuiusq. anni. |

(19) [Item placere] . . . a X . . . omnibus annis divideretur. Item | (20) [curatores quaterni omnibus] annis fierent ex albo per ordinem. Item placere | (21) . . . . . t sui anni commoda cuncta acciperent. |

(22) . . . . . [supere]sset in arca corporis, curatores dividerent aequis | (23) [portionibus] . . . . . inferrent centesim. datis a curatorib. sing. | (24) . . . . . item placere uti adlecti . . . ne eod. anno praestarent | (25) [et pariter sumpt]us ab utrisq. erogentur . . . Item placere [uti | (26) quisquis adlectus e]sset, inferret arcae X . .

Romae rep. trans Tiberim (VI 55885 vidit Huelsen Roem. Mitth. 1890 p. 288; cf. Gradenwitz Zeitschr. der Savignystiftung f. Rechtsg. Rom. Abth. 11, 1890 p. 72 seq.).

— 1) *Quinquennales*. — 2) *Denarii quinque*. — 3) *Nostra*. — 4) *Numero*. — 5) *Cf. Cato re r. 121; Iuvenal. 6, 202*. — 6) *Cf. vit. Hadr. 1, 3*. — 7) *Cf. supra N. 3186 not. 4*. — 8) *Supplevit Hirschfeld (cf. Marquardt Privatl. p. 208. 210)*. — 9) *Cf. supra N. 318 not. 4*.

**7215** ob merita | Claudiae Hedones et memori|am Ti. Claudi Himeri fili eius | cultores Herculis universi iu|rati per I. o. n. Geniumque imp. | Caesaris Nervae Traiani Aug. | Ger. ita censuerunt: | placere sibi posterisque suis, | uti quodannis in perpetuum | VI idus Febr. natale Ti. Clau|di Himeri colerent vesce|renturque in templo Her|culis; quod si ita non | fecissent, tunc eo an|no quo cessatum fuisset, | hi cultores Herculis qui | in titulo marmoreo scri|pti sunt posterique eorum | inferrent cultoribus | imaginum Caesaris n., qui | sunt in vico strament. annuos SII CC n. | Item . . . . . | mat. (*reliqua non perscripta. Supra patera, simpulum, clava Herculis; infra culter et crater*).

*Prope S. Omèro in Piceno, ad ecclesiam S. Mariae a Vico, agri fortasse Asculani vel Truentini (Eph. ep. 8, 210 = Notizie degli scavi 1885 p. 167 vidit Barnabei).*

#### Acta de tollendo collegio funeraticio.

**7215<sup>a</sup>** Descriptum et recognitum factum ex libello qui propositus | erat Alb.<sup>1</sup> maiori ad statione<sup>2</sup> Resculi, in quo scriptum erat | id quod<sup>3</sup> i. s.<sup>4</sup> est: |

Artemidorus Apolloni, magister collegi Iovis Cerneni, et || Valerius Niconis et Offas Menofili questores collegi eius|dem, posito hoc libello publice testantur: | ex collegio<sup>5</sup> s. s.<sup>6</sup>, ubi erant ho[m.] LIII, ex eis non plus | remisisse ad Alb., quam quot h.<sup>7</sup> XVII; Iulium Iuli quoque, | commagistrum suum, ex die magisteri sui non accessisse | ad Alburnum, neq. in collegio; seque eis, qui pre|sentes fuerunt, rationem reddidisse, et si quit | eorum abuerat<sup>8</sup>, reddidisset sive funeribus || et cautionem suam, in qua eis caverat, recepisset; | modoque autem neque funeraticis sufficerent | neque loculum aberet<sup>9</sup>, neque quisquam tam magno | tempore diebus, quibus legi continetur, convenire | voluerint aut conferre funeraticia sive munera: |

seque i[d]circo per hunc libellum publice testantur, | ut, si quis defunctus fuerit, ne putet se colle|gium abere aut ab eis aliquem petito|nem funeris abiturum. ||

Propositus Alb. maiori, V idus Febr. imp. L. Aur. Vero III | et Quadrato cos.<sup>10</sup> | Act. Alb. maiori.

*Triptychum ligneum (tabellae tres lignae quae libellum efficiebant paginarum sex, quarum quattuor, secunda ad quintam, cera illitae et stilo scriptae), rep. in aurifodinis antiquis prope Verespatak, ubi vicum Alburnum Daciae fuisse ex hoc aliisque similibus triptychis apparet (III p. 924—927 cum imaginibus; vidit Zange-meister). Repetivi libelli paginas 2 et 3, quae filo fuerunt clausae (exemplum in-terius); ab iis vix differt id quod scriptum est in paginis 4 et 5 (ex. 11); nisi quod*

pag. 3 addita sunt nomina testium septem. — 1) *Alburno*. — 2) *stationem*, 3) *quot ex. II.* — 4) *Infra scriptum*. — 5) *collegis ex. II.* — 6) *Supra scripto*. — 7) *Homines*. — 8) *Habuerat*, 9) *haberet*. — 10) *A. 167*.

### Tabulae patronatus.

*Huius generis acta municipalia habes supra N. 6105 seq.*

**7216** imp. Caes. M. Aurelio | [*Commodo*]<sup>1</sup> Antonino Aug. Pio | Felice VI, M. Petronio Septimiano cos.<sup>2</sup>, | X kal. April. in templo collegi fabrum | et centonariorum<sup>3</sup> Regiensium. | Quod referentib. P. Saenio Marcellino et C. Aufidio | Dialogo quaestoribus v. f.<sup>4</sup> | Tutilium Iulianum, virum et vita et modestia et | ingenita verecundia ornatum et liberalem, | oportere collegi nostri patronum cooptari, ut | sit ceteris exemplo iudicii nostri testimonium, | q. f. p., d. e. r. i. c.<sup>5</sup>: |

Salubri consilio tam honesta relatione<sup>6</sup> a quaestorib. | et magistris collegi nostri factam et singuli et universi sentimus, et ideo excusandam potius honesto viro | Iuliano huius tardae cogitationis nostrae necessitat. | petendumq. ab eo, libenter suscipiat collegi n.<sup>7</sup> patronal.<sup>8</sup> | honorem tabulamque aeream cum inscriptione huius decre[ti] in domo eius poni. Censuerunt.

*Regii Lepidi rep., tabula aenea (XI 970 descripserunt Regienses complures saec. XVI/XVII).* — 1) *Vocabulum periisse, rasura sine dubio, pars auctorum indicavit.* — 2) *A. 190.* — 3) *Cf. N. 7236. 7250 cet.* — 4) *Verba fecerunt (quaestores).* — 5) *Quid fieri placeret, de ea re ita censuerunt.* — 6) *Honestam relationem.* — 7) *Nostris.* — 8) *Patronalem.*

**7217** Ap. Claudio Iuliano II, L. Bruttio Crispino | cos.<sup>1</sup> | X kal. Feb. | in schola collegi fabrum civitatis Volsiniensium, quem (*sic*) coegerunt | T. Sossius Hilarus et Caetennius Onesimus q̄q.<sup>2</sup>, ibi<sup>3</sup> idem q̄q. verba fecer.: | Quanto amore quantaque adfectione Laberius Gallus pp., v. e.<sup>4</sup> erga | collium (*sic*)<sup>5</sup> n.<sup>6</sup> agere instituerit, beneficia eius iam dudum in nos | conlata confirmant; et ideo Anchariam Lupercam, uxorem | eius, filiam Anchari quondam Celeris b. m. v.<sup>7</sup>, cuius proles et | prosapia omnibus honoribus patriae n̄. sincera fide functa est, in honorem eorum et promorum eius castitatae | et iam priscae consuetudinis sanctitatae patronam | collegi n. cooptemus, statuam etiam ei aeream iuxta eundem Laberium Gallum maritum suum in schola collegi n. | ponamus, q. d. e. r. f. p., u. i. c.<sup>8</sup>: Recte et merito retulisse | q̄q.<sup>2</sup> n̄.<sup>9</sup> ut Anchariam Lupercam, honestam matronam, sancte indolis et disciplinae, caerimonis etiam praeditis<sup>10</sup> feminam | in honorem Laberi Galli p. p., e. v., mariti eius, patroni collegi | n̄., et in memoriam Anchari quondam Celeris, patris eius, | dignissimam patronam cooptemus, statuamque ei aeream | in schola collegi n̄. iuxta eundem Laberium Gallum maritum | suum ponamus, ut

eius erga (sic) nos pietas et nostra erga eam voluntas publica etiam visionem<sup>11</sup> conspiciatur; tabulam quoque patrocinalem in domo eius adfigi.

*Volsinii rep. a. 1882 in ruderebus aedium aetatis Romanae, tabula aenea (XI 2702 vidit Bormann). — 1) A. p. Chr. 224 (cos. vocabulum collocatum in fine versus primi). — 2) Quinquennales. — 3) Q·QI·BI·I·DEM aes. — 4) Primipilaris, vir egregius. — 5) Scr. collegium. — 6) Nostrum. — 7) Bonae memoriae viri. — 8) Quid de ea re fieri placeret, universi ita censuerunt. — 9) Nostros. — 10) Scr. praeditam? — 11) Visione.*

**7218** (*protome Minervae galeata; Medusa*) L. Valerio Maximo et M. Acilio Glabrio<sup>1</sup>ne cos.<sup>1</sup>, non. Ian., | colonia Iulia Feliciae Pisauro, in schola deae | Minerve Aug. col. fabr.<sup>2</sup> collegae univer<sup>3</sup>si convenerunt. Q. u. c. v.<sup>2</sup> facta sunt: | plena obsequia amoris numeri nostri in claritatem domus | Petroni Victorini c. i.<sup>4</sup> patroni nostri demonstrari gloriosum est, quippe cum | dignatio [e]ius in omnibus prona provocet, ut et Setinam Iustam c. f.<sup>5</sup>, coniugem eius, incomparabilis pudicitiae, plurimo numero filiorum gloriantem, de | quorum genere cum aetate eorum crescit felicitas, patronam nobis | cooptari, Petronium quoque Aufidium Victorinum iun.<sup>6</sup> pari modo sicuti et maiores fratres eius cc. pp.<sup>7</sup> abere nos in numero laetamur, eum quoque | cooptatum patronum prono consensu adscribi gloriae, et ex hoc gaudium nn.<sup>8</sup> | amplificari; placere: pro generis claritate proque senatoria dignitatis<sup>9</sup> | [*Petr*]oni Victorini c. i.<sup>4</sup>, cuius incomparabili amore<sup>10</sup> et in numerum nostrum dig<sup>11</sup>natione licet impares, tamen obsequio dignitati eius in omnibus parentes | nec aliquit pretermittentes prono animo et voto properamus, cum et Setinam | Iustam c. f. coniugem eius patronam set et Pe[tr]on[um] Aufidium Victorinum | iun. filium eorum, sicuti et fratres eius, patronum nn.<sup>8</sup> cooptasse nos per decretum insinuamus, quod offerri eis per qq.<sup>12</sup> nn.<sup>8</sup> set et plurimos collegas placuisse | hocque testimonium incidi in tabulam aeneam et quam primum eis offerri ut in | plenum intellegentes amorem numeri nostri perpetua gloria ornare et fo<sup>13</sup>vere nos dignetur<sup>13</sup>. | Censuer.

*Pisauri rep. inter rudera aedificii Romani, tabula aenea fastigiata (XI 6335 vidit Bormann). — 1) A. 256. — 2) Collegii fabrum. — 3) Quod universorum consensu verba. — 4) Clarissimi iuvenis. — 5) Clarissimam feminam. — 6) Nomina ostendunt hunc esse oriundum ab Aufidio Victorino consule iterum a. 183 (cf. supra N. 4129 not. 3), quem Pisaurensem fuisse titulus N. 4129 demonstrat, et Aufidio Victorino consule a. 200. — 7) Clarissimos pueros. — 8) Numeri nostri. — 9) Scr. dignitate. — 10) Amori, 11) dignationi. — 12) Quinquennales. — 13) Scr. dignentur.*

**7219** imp. Licinio Valeriano | Aug. IIII, Licinio Gallieno Aug. III | cos.<sup>1</sup>, idibus Martis. | Quod coeptum studi<sup>2</sup> iuvenum | cultorum<sup>3</sup> dei Herculis maiores | retulerunt patronum cooptandum<sup>4</sup>: | plus speramus beneficia uberiora | pos<sup>5</sup> se<sup>6</sup> consequituros cuius in praeterito summa (sic) dignationem sensimus, et ide<sup>7</sup>o cooptamus Rutilium Viatorem pa<sup>8</sup>tronum cum iis qui infra s. s.<sup>7</sup> Nonium Gra<sup>9</sup>tilianum c. v.<sup>8</sup> et Egnatium Sattianum



c. v.<sup>8</sup> | plerosque splendidos equites Romanos | et concuriales eiusdem Viatoris, qui nos | dignatione sua et merita provocavit. | [C]ui offerri per Num[is]ium Numisia[rum] Attic. et maiores eorum.

*Beneventi rep., tabula aenea, nunc Parisiis (IX 1681 cf. Eph ep. 8, 812 vid. ectypum). — 1) A. 237. — 2) Cf. supra N. 6501 not. 2. — 3) Cf. N. 7303 cet. — 4) Omittitur hoc loco nomen eius qui honorari debuit. Ceterum passim oratio hiat et confusa est. — 5) Post (postea). — 6) Rectius nos. — 7) Scripti sunt. — 8) Clarissimum virum. — 9) Numisium Numisia[rum] Villefosse, Numerium Numerianum priores.*

**7220** P. Cornelio Saenclare II et Iunio Donato II<sup>1</sup> | cos. kal. Iulius, | Sentini cum in scola sua freques numerus coll. fabr. | Sentinatium convenissent, numerum abentibus | C. Iulio Martiale et C. Casidio Rufino qq.<sup>2</sup> et referentib. | ipsis: semper [e]t<sup>3</sup> in praeteritum ita splendidissimum n. n.<sup>4</sup> | conisum esse, ut adfectione splendoris sui in singulos | quosque condignos merentes exhibeant<sup>5</sup>, vel maxime | in honore adque dignitate Memmiae Victoriae quon[dam] indoles<sup>6</sup> m[e]moriae femine, matris numeri nostri, | proorsus usqueaque<sup>7</sup> esse provectum nomen domus | eius, ut per ordinem generis sui omnes in numerum n. | patroni in collegium nostrum appellarentur, optan[da]q[ue] erant, ut omnes universisque<sup>8</sup> incolumes in | numerum nostrum viderentur, et quoniam vir splen[di]dus Coretius Fuscus patronus numeri debeat ex[emplo] pietatis parentium et matris honorificentia, | itaque si omnibus videretur tabula aeream ei offerri, q. f. p., d. e. r. i. c. c.<sup>9</sup>: | gloriosam esse relationem b. b. v. v.<sup>10</sup> qq.<sup>11</sup> collegi n., | et ideo cum sit Coretius Fuscus splendide natus, ut | potius honorificentiae nostrae modum intel[legat] necessaque (sic) sit ei tabulam aeream titulis | ornatam scriptam offeri (sic) petique ab eo, hanc | oblationem nostram libenti animo suscipere dignetur, legatosque in eam rem fieri qui | qui<sup>12</sup> digne prosequantur Titratium Ampliatum, Orfium Veritatem, Aemilium Victorem, Bebidium Iustum, Casidium Mart[i]a[lem], Iulium Martialem, Casidium Rufinum<sup>13</sup>, Bebidium Ienu arivium (sic), Aetrium Romanum<sup>12</sup>, Casidium Clementinum, Aetrium | Vernam<sup>14</sup>, Vassidentum Favorem, Casidium Iustissimum, Sa[trium] Verecundum, Statium Velocem<sup>13</sup>, Veturi. Celerium.

*Romam adlata c. a. 1728, reperta sine dubio Sentini, est in museo Capitolino, tabula aenea (XI 5748 vidit Bormann). — 1) A. 260. — 2) Quinquennialibus. — 3) it tabula. — 4) Numerum nostrum. — 5) Oratio confusa, ut passim in hac tabula. — 6) Orationem hiat coniecit Bormann; Victoriam dici 'indolis memoriae' feminam putat Buecheler mus. Rhen. 1902 p. 326, conferens Corp. Gloss. Lat. II p. 80, 54: indolis ἐπίπονος σπονδαῖος; p. 81, 3. — 7) Usqueaque. — 8) Universique. — 9) Quid fieri placeret, de ea re ita cuncti censuerunt. — 10) Bonorum virorum. — 11) Quinquennialium. — 12) Dele alterum qui. — 13) Cf. supra N. 4215 (not. 5). — 14) Idem etiam in collegio centonariorum (N. 7221).*

**7221** Imp. Gallieno Aug. III et Volusiano cos.<sup>1</sup> | XV kal. Septem-

bres | Sentini in triclini.<sup>2</sup> domus c. c.<sup>3</sup>, numerum habentibus sequella eiusdem colleg., ibi referentibus Casidio | Severo patre n. n.<sup>4</sup> et Heldio Peregrino parente: cum sit | oportuna crebris beneficiis et adfectionem amoris | [erg]a n. n.<sup>5</sup> exhibentibus assistere et munificentia | [eo]rum sicut oportunitas testimonium perhiberet, | [re]munerare, igitur si cunctis videtur Coretium Fuscum, | [sp]lendidum decurione patriae n.<sup>6</sup> sed et patronum trium | coll. principalium<sup>7</sup> et Vesia Martinam coniugem eius | patronam, sed et Coretiu Sa[b]inum filium eorum iam prid[e]m | patronos per diplomum a numero n. cooptatos, nunc tabulam | aeream patronatus eis offerri, ut merito honore pro meritis innotescat, q. f. p., d. e. r. i. c. c.<sup>8</sup>: Quod in praeteritum Coreti Fusci patroni Vpsaesia<sup>9</sup> Martine | patrone et Coreti Sabini filii eorum erga amore beneficia praes|tita susceperimus, nunc etiam in futurum non dissimilia, quae | nunc sentimus, perpetuo ex domum eorum processura pari adfectionem speramus atque ideo consentiri relationi b. b. v. v.<sup>10</sup> Casidi | Severi patris n. n.<sup>4</sup> et Heldi Peregrini parentis et ad remunerandam | eorum benevolentia, quo lautius adque pulchrius digne honorem | sibi oblatum suscipere dignentur, decretum et in tabula aerea | perscriptum eis, qua et a nobis profectum est legatosque | fieri placuit, qui hanc tabulam digne prosequi<sup>11</sup> | Satrius Achilles, Satrius Clemens, | Voesidenus Marcellinus, Vassidenus Verinus<sup>12</sup>, | Casidius Severus, Aeldius Primus, Heldius Peregrinus, | Britius Maximus, Aelius Honoratus, Appolulus<sup>13</sup> Hilarianus, Aetrius | Terminalis, Gavius Felicissimus, Satrius Ianuarius, Casidius Romulus, Aetrius Verna<sup>14</sup>, Satrius Ursus.

*Romam adlata una cum ea quae praecedit, et ipsa sine dubio Sentini reperta, tabula aenea (XI 3749 bis descripta saec. XVII). — 1) A. 261. — 2) Triclinio. — 3) Collegii centonariorum. — 4) Numeri nostri. — 5) Numerum nostrum. — 6) Nostrae. — 7) Videntur significari collegia fabrum, centonariorum, dendrophorum (colleg. III supra N. 4367; t. Asisinas XI 5446). Cf. supra N. 6647. 6691. 6726, cel. — 8) Cf. N. 7220 not. 9. — 9) Scr. Vesiae. — 10) Cf. N. 7220 not. 10. — 11) Scr. prosequantur. — 12) Vassiden. Verus supra N. 4245. — 13) Prolnius alterum apographum; fortasse fuit Appoleius. — 14) Idem etiam inter fabros, N. 7220.*

*Una cum hac et ea quae praecedit videtur reperta esse tabula XI 3750.*

**7222** L[i]menio et Catullino | conss.<sup>1</sup> V idus Apr. | [I]ul. Caninio pat. | merent[is]simo. Prin[cipatus]<sup>2</sup> ob splendorem domus | tuae, pat.<sup>3</sup> honori[fi]centis[sime], offerimus tibi cunctis tesseram pat.<sup>4</sup> | fabri subdian[is]<sup>5</sup>, quem | libenti animo iube[mu]s<sup>6</sup> | suscipi offerentes | rectores Clod. Augendus, | Cur. Innocentius, | Iun. Germanus.

*Cordubae (II 2214 semel descripta saec. XVII). — 1) A. 348. — 2) Erit fortasse qui 'merentissimo principatus' iungere praetulerit (Huebn.). — 3) Patrone. — 4) Patronatus. — 5) Subaediani, cf. infra N. 7259—7262. 7678; Mommsen bull. inst. 1853 p. 30; Marucchi bull. comunale 1877 p. 257. — 6) iubens traditum.*

**7223** [i]mp. Caes. | [T.] Aelio Hadr. | Antonino Aug. | Pio p. p., | [c]orpus cento[nari]o[rum]<sup>1</sup> | indu[lgentia ei]us | [c]ollegio hominum | [centum]² *dumtaxat* | [constituito]<sup>2</sup>.

*Hispani (II 1467 vidit Huebner). — 1) De centonariis cf. infra ad N. 7242 seq. — 2) Supplevit Mommsen, conferens Plinium ep. ad Trai. 53, 5: tu, domine, dispice an instituendum putes collegium fabrorum dumtaxat hominum CL. Adde fr. Vat. 233.*

**7224** Sabinae<sup>1</sup> | August. | !!!!!<sup>2</sup> | magistri quinquennales | collegi fabrum tignar. lust. XXIII<sup>3</sup>: | Q. Numisius Maritimus<sup>4</sup>, | M. Valerius Felix, | A. Larcus Carus, | T. Flavius Onesimus, | L. Naevius L. f. Pal. Philipp[us], | Q. Hortensius Tyrannus, | Q. Lollius Herma, | in magisterio defunctus<sup>5</sup>.

*Romae (VI 996 cf. 51220<sup>a</sup> vidit Bormann). — 1) Sabinae nomen in litura repositum, 2) versus erasus. — 3) De principio huius numerationis nihil certi ex hoc titulo videtur statui posse, quia Sabinae nomen non est ex primitiva scriptura. (Fastos VI 10299 Huelsenus attribuit collegio fabrum tignuariorum urbano collegitque id institutum esse a. u. c. 747; sed res est incerta cf. VI 50705). De lustris collegii fabrum tignuariorum Ostiensis cf. supra N. 615 (not. 4). 1428. 3776. 6165 (not. 4). 6166. 6167, infra N. 7257. — 4) Idem VI 23107. — 5) Apparet unum ex iis quorum nomina praecedunt in huius locum fuisse suffectum, numerumque ordinarium magistrorum fuisse senarium. Ostiae collegium fabrum tignuariorum ternos magistros habuit (N. 615. 1428).*

**7225** imp. Caesari M. Aurelio | Antonino Aug., | imp. Caes. L. Septimi Severi Pii | Pertinacis Aug. Arabici Adiaben. | Parthici maximi p. p. filio, | coll. fabr. tignarior.

(In lotere dextro):

(In latere sinistro):

[quinquennales] <sup>1</sup> :	[decuriones]:	(nomina, quibus similiter adscribitur ind. cum numero, plus triginta, in his postrema)
Servilius Zen...	.....	Aurelius s Parthenius ind. I
C. Iulius C. fil. Arn. Saturnin.	.....	C. Iul. C. f. Expeditus s ind. XLVII
Apuleius P. f. Filumenus <sup>2</sup>	Cornelius Iul.... <sup>3</sup> [ind.]..	Iulius s Secundu s ind. XXIII
Monnienius Prisen s	Munatius Epictetus ind. <sup>4</sup> XX	Fonteius s Pretiosus s ind. LIII
Iulius s Chrysi o	Metellius Venianus ind. VI	scribae <sup>7</sup> :
Annaeus s Philetus <sup>2</sup>	Lurius s Martialis ind. XIII <sup>5</sup>	Valerius s Ste...
honorati	Aelius s Crescen s ind. XV	Valerius s Karicu s
Minisius s Primitivus	Caecilius s Felicissim. ind.	Pomponius s Papianus ind. Tuceius s Herme s
(sequuntur nomina quindecim)	XLIX	XXXIX <sup>6</sup> Monnienius s Tiudeni s
	(deinde post alia nomina decem)	Thoranus Honoratus ind. III <sup>6</sup> Marsenus s Castus s
		Gellius Secundinus ind. XLVI <sup>6</sup> Mustius s . . . .

*Romae, incertum quo loco urbis reperta (VI 1060 = 53858 vidit Smetius). —*

1) *Album est collegii fabrum tignuariorum urbani, in quo recensentur quinquennales sex, honorati (cf. N. 7252) sedecim, decuriones sexaginta, scribae sex. Ex aliis albis eiusdem collegii supersunt N. 7226 et VI 53856. — 2) Apuleius Philumenus et Annaeus Philetus sunt etiam in albo N. 7226, sed inter decuriones. — 3) Cornelius Iulianus etiam N. 7226 inter decuriones. — 4) In decuria? — 5) Lurius Martialis*

etiam VI 53856, sed cum numero LIX; videtur igitur diversus esse. — 6) Hi tres sunt etiam N. 7226 cum iisdem numeris. — 7) Scriba fabrum tignuariorum Ostiensium supra N. 6150.

Aliorum collegiorum matriculas dedi supra N. 5840. 4060. 4245. 5084. 5246. 6174. 6175. 6176; cf. N. 6122<sup>b</sup>.

## 7226

decuriões<sup>1</sup> a cós.<sup>2</sup>

[XXX]V <sup>3</sup> T. Manliu s Ennianu s <sup>4</sup>	VII D. Iuliu s Musaeu [s]
. . . . P. Aeliu s Persicu s	XXXIX P. Pomponiu s Papianu [s] <sup>5</sup>
. . . . C. Pautin a Lamyrianu s	III C. Apuleiu s Philumenu [s] <sup>6</sup>
. . . . L. Orciviu s Maritali s	III C. Thoraniu s Honoratu [s] <sup>5</sup>
(et alia nomina complura)	XXII Q. Annaeu s Philetu [s] <sup>6</sup>
	XLVI M. Gelliu s Secundinu [s] <sup>5</sup>
	(et alia nomina complura)

Romae in foro (VI 10500 = 53857<sup>a</sup> vidit Henzen). In alia parte eiusdem lapidis postea incisus est titulus Maxentii VI 1220 = 53857<sup>b</sup>. — 1) Decuriones esse collegii fabrum tignuariorum apparet collata N. 7225. — 2) A consulibus decuriones dici mirum est; Mommsenus contulit praefectos fabrum a consule, et coniecit, fieri posse, ut decuriones fabrum tignuariorum creati sint a consule sive a consulibus. — 4) Numerus suppletus ex alio albo eiusdem collegii VI 53856, in quo est (a v. 12) XXXV Manlius Ennianus. — 5) Hi tres redeunt N. 7225, inter decuriones, cumque iisdem numeris. — 6) Apuleius Philumenus et Annaeus Philetus etiam N. 7225, sed inter quinquennales.

De fastis quinquennialium collegii alicuius VI 10299 vide N. 7224 not. 3.

## 7227 nomina collegii fabrum tig[nuariorum] . . . .

patroni:	decuriones:	
Q. Nunnii s Montanu s	A. Octaviu s Faustu s	
Q. Valeriu s Proculu s	L. Aniniu s Faustu s	(sequebantur
Q. Valeriu s Proculu s fil.	(et alia nomina tria;	alia
Fabriciu s Festu s	post spatium vacuum)	nomina
(et alia	T. Flaviu s Proculus	non
nomina	Q. Albatius Corinthus haryspex	pauca)
decem)	Q. Albatius Verna scriba	
	L. Tettius [G]lycon medicus	
	L. Tettius Apollonius medicus	
Numisi[u]s Tacitus pater col-	C. Iuliu s Italicu s	
biselliarius <sup>1</sup> legi	C. Iuliu s Math o	

Sarzanæ prope Lunam (XI 1535<sup>a</sup> vidit Bormann). Eiusdem albi videtur esse fragmentum XI 1535<sup>b</sup>. — 1) Dec. primus, bis(elliarius) magist. coll. (fabrum) etiam in l. Moesico III 8086.

7228 D. Haterio Agrippa C. Sul. Galb. cos.<sup>1</sup>, | Hilario vil.<sup>2</sup>, mag.<sup>3</sup>, pos. consules et nomina decur.: |

a. 46 Sisenna Statilio, L. Scribon. cos. |

Hilarus, Vaccio, | Scarpus, Nervius Θ.<sup>4</sup> |

a. 47 L. Pontio<sup>5</sup> Flacco C. Caecilio cos. |

Tiburtinus, Philo Θ.<sup>6</sup>, | Capito, Solumarus. |

- a. 18 Ti. Caesar. III [G]ermanico it. cos. |  
 Tigranus, Felicio, | Hermippus, Primus Θ.<sup>6</sup> |  
 a. 19 M. Silio<sup>7</sup> L. Norbano cos. |  
 Gabinus, Optatus, | Apollonius, Ca[l]o[teim[us?]]  
 a. 20 M. [Valerio M. Aurelio cos.]

*In lapicidinis Lunensibus (Carrariae) rep. (I ed. 2 p. 73. XI 1556 vidit Bormann). Collegium, ex cuius fastis fragmentum hoc superest, servorum fuit, fortasse lapicidarum. — 1) A. p. Chr. 22. — 2) Vilicus. — 3) Magister. — 4) Obiit (Θ hoc loco coniunctum cum ultima littera vocabuli praecedentis). — 5) Debuit esse Pomponio (cf. supra N. 5285). — 6) Cf. not. 4. — 7) Debuit esse Silano (cf. supra N. 5285).*

**7229** pro salute Augg. | Genio fabrum<sup>1</sup> | M. Aur. Timon | Aug. col. Apul.<sup>2</sup> et | mag. coll. s. s.<sup>3</sup> pecunia sua fec. | L. d. d. d.

*Apuli Daciae sine dubio rep., est Maros-Nemeli (III 1016 vidit Mommsen). — 1) Geniis collegiorum dicatos titulos habes etiam N. 6178. 7039. 7066—7068. 7035. 7458. 7265. 7264. — 2) Augustalis coloniae Apulensis. — 3) Magister collegii supra scripti.*

**7230** C. Iulius Severus ob honorem magisteri | coll. fabrum Silanum | pecunia sua fecit | Muciano et Fadiano<sup>1</sup> cos.<sup>2</sup>

*Aquinci (Budae) rep. (III 5580 vidit Mommsen). — 1) Scr. Fabiano. — 2) A. 201.*

**7231** colleg. fabr. | P. Sextilio P. f. | Primiano | ob quaesturam | fideliter ac | liberaliter | gestam, et | Lusiae L. f. | Quintulae eius, | et P. Sextilio | Carpiano fil.

*Comi (V 5304 vidit Mommsen).*

**7232** numini Fortunae col. fa[brum tig.?] | M. Valerius Feli[x] | honoratus collegi eius[dem], | quod meritis meis, auctorita[te] | magistror., decret. honorat. | et decurionum, commodis dup[licatis] | donum d. d.

*Romae (VI 5678 descr. C. L. Visconti).*

**7233** coll. fabr. | dec. III<sup>1</sup> | M. Aurel. | Fortunatus | ob duplam | sportulam | collat. sibi<sup>2</sup>.

*Sarmizegetusae (in vico Olah-Brettje) (III 1494 aliquoties descripta). — 1) Collegio fabrum, decuriae tertiae (ex coll. fabr. dec. III in titulo item Sarmizegetusensi III 1451). — 2) Cf. ob honorem dupli in titulo eiusdem collegii Sarmizegetusensis supra N. 5548.*

**7234** (leones duo) Genio dec. | XIII coll. | fabr. | L. (?) Vir. Sa | . . . Sarmizegetusae (Varkely) rep. (III S. 7905 semel descripta).

**7235** . . . .<sup>1</sup> | ob memoriam patris sui dec. VII<sup>2</sup> | collegi fabr. m. R.<sup>4</sup> HS ∞ n. liberalitate | donavit, sub hac condicione ut | quodannis rosas ad monumentum ei | spargant et ibi epulentur dumtaxat in | idus Iulias; quod si neglexerint, tunc ad | dec. VIII<sup>3</sup> eiusdem colleg. pertinere debet | condicione supra scripta.

*Ravennae (XI 132 cf. p. 1228 saepius descripta saec. XVI). — 1) Videtur praeaccessisse in eodem lapide titulus Marianae Polycarpae, quem non repetivi. — 2) Decuriae septimae, 3) decuriam octavam. Dec. XXVIII eiusdem collegii memoratur in simili titulo XI 126. — 4) Municipii Ravennatis.*

**7235<sup>a</sup>** d. m. | L. Caesernio | Primitivo | IIIIv.<sup>1</sup> et dec. col. fab., | et Olliae Primillae | coning. eius, | leg.<sup>2</sup> ex testament. eor. | dec. III coll. fabr., | uti rosas Carnar.<sup>3</sup> ducant,  $\text{X} \text{CC}^4$ , | L. Caesernius | Primitivos | parentib.

*Untergamling prope Emonam (Laibach) (III 5895 vidit Mommsen). — 1) Scr. IIIIv. (IIIIv. retinet Premierstein Festschr. zu O. Hirschfelds 60. Geburtstage p. 244; cf. N. 7258). — 2) Legatis. — 3) Carnariis (kalendas Iunias, deae Carnae sacras, significari putat Mommsen). — 4) Denariis ducentis.*

**7236** [Au]r. Quintianus dec. coll. fab. et | [ce]nt., qui vixit ann. p. m.<sup>1</sup> LI men. V d. X | [viv]us sibi posuit et Aur. Ianuarie | [co]niugi suae; cot si quis aeam arcam | [po]st mortem eorum aperire vo|[lu]erit, in[fer]et[ur] decuriae meae  $\text{X} \text{XXV}$ .

*Salonis (III 2107 cf. 8589 quatter ut videtur descripta). — 1) Plus minus.*

**7237** T. Flavio T. lib. Hilarioni decur. coll. fabr. ex lustro XV, nungento<sup>1</sup> ad subfrag.<sup>2</sup> lustro XVI, mag. quinq. coll. fabr. tignarior. lustro XVII<sup>3</sup>, honorat. ex lustro XIX, censor bis ad mag. creando[s]<sup>4</sup> lust. XIX et XX, iudex inter elect. XII ab ordine lust. XXII, Claudia Ti. f. Prisca viro optimo et Flavia T. f. Priscilla patri optimo.

*Romae, reperta Ostiae potius quam (ut narrabatur) in agro Tusculano (XIV 2630 semel descripta saec. XV exeunte, quod apographum servavit Iucundus). — 1) Intellege unum ex nongentis qui dicebantur cf. Plin. h. n. 33, 2, 34: nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad custodiendas suffragiorum cistas in comitiis (quem locum attulit Mommsen). — 2) Suffragia (cf. not. 4). — 3) Cf. N. 7224 not. 3. — 4) creando traditur.*

**7238** L. Cincius L. f. Suc. Martialis Vvir<sup>1</sup>, | possessor huius monumenti ex testamento L. Mamili | Felicis, decuriae X<sup>2</sup> collegium<sup>3</sup> fabrum tignuariorum parietem dextrum | introitus ollas XXXII donavit eis qui infra scripti sunt, singulis singulas: |

P. Sulpicio Felici decur., | L. Cincio L. f. Pal. Martiali f.<sup>4</sup>, | (*sequuntur alia nomina viginti*).

Reliquas ollas X, qui in hac decuria allecti erint, singulas do lego. | Reliquum omnem ius meum quod est in hoc monumento Amatae Euniae uxori meae et L. Cincio L. f. Pal. | Martiali et M. Amatio Crescenti do possidereque eos inbeo.

*Romae (VI 9405 aliquoties descripta saec. XVII). — 1) Quinquevir (cis Tiberim, ut putat Huelsen C. I. L. VI p. 3469). Cf. Premierstein in 'Festschr. zu O. Hirschfelds 60. Geburtstage' p. 238. — 2) Decimae. De decuriis collegii fabrum tignuariorum Ostiensis cf. supra N. 1428. 6465. — 3) Scr. collegii. — 4) Filio (scilicet donatoris). Nota tribus diversas patris et filii.*

*Decurio conlegi fabrum ferrarium (Romae) est supra N. 4945.*

**7239** M. Allius | Apollonius | faber tignuarius, | mag. in fam., praef., dec.<sup>1</sup>, | vix. an. LX.

*Romae (VI 9409 vidit Dellefsen). — 1) Magister in familia, praefectus, decurio (Hirschfeld Gall. Stud. III p. 13 not. 1). Alius praefectus fabrum tignuarius supra N. 7188.*

**7240** d. m. | C. Valeri Socratis | m.<sup>1</sup> quinquennalis | collegi fabrorum | tignuarius lustrum XXVII.

*Roma ut videtur Florentiam adlata (VI 9406 vidit Henzen). — 1) Magistri.*

**7241** loc. sep. | sodalicium | fabr. tig. | in fr. p. . . , | in ag. p. XX. Prope Forum Sempronii rep. (XI 6153 bis descripta).

**7242** M. Octavius M. l. | Attalus, centonar. | a turre Mamilia<sup>1</sup>. || M. Octavius M. [l. | Marcio, | mag. conleg. centon. || P. Veturius P. l. | Minio; | Calpurnia O. et | Octavi l. Salvia.

*Romae rep. non multum a Laterano, tres tituli in uno lapide iuxta positi (VI 35837 descr. Gatti Bull. comunale Rom. 1888 p. 398). — 1) Cf. Fest. p. 178 s. v. October equus; Paulus p. 151.*

**7243** L. Octavius L. l. Secundus | maior, mag. quinq. | conl. cent. lustrum XI et | decurio, | vixit ann. LV; | L. Octavius Primigenius, vixit ann. LVIII; | L. Octavius Secundus vixit ann. , | fratres, viatores<sup>1</sup> coll. centonarium.

*Romae ad viam Salariam in columbario rep. (VI 7861 servavit Dominicus Giorgi auctor accuratus). — 1) Cf. N. 7530 not. 1.*

**7244** collegio | centonarium | !!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!! | cum basi marmorea et ceriolarib. | duobus aereis habentibus effigiem Cupidinis tenentis calathos | L. Sextilius Seleucus decurio d. d., | hoc amplius ark. rei p. collegii s. s.<sup>1</sup> | donum dedit  $\overline{\text{X}} \text{V}^2$ , ut ex usuris | centesimis<sup>3</sup> eius quantitatis, | quae efficit annuos  $\overline{\text{X}} \text{DC}$ , die | VIII kal. Octobr., natali divi | Augusti, erogentur ex ark.

*Romae (VI 9254 viderunt Henzen et Bormann). — 1) Arcae rei publicae collegii supra scripti. — 2) Scr.  $\overline{\text{X}} \text{V}$  (denariorum quinque milia). — 3) Sc. menstruis.*

**7245** . . . [V]ales e[t] . . s Adauc[tus | m]agistri col. vet[e]r[anoru] centonarioru i. s. p.<sup>1</sup>

*Carnunti rep. (III 4496<sup>a</sup> cf. 11097 viderunt Mommsen et Kubitschek). — 1) Impensis suis posuerunt.*

**7246** Ti. Claudius | Ti. Claudi | Epaphroditian. | vet. leg. VII Cl. p. f. | fil. Astylus | dolabrar. col. fab.<sup>1</sup> | vivos fecit sibi et | Iuliae Dionysiadi | coniugi | bene de se mer. (in latere intuenti sinistro mulier stolata cum corona, in latere dextro iuvenis palliatus d. centonem fortasse teneus, s. dolabram).

*Prope Aquileiam rep., est Venetiis (V 908 vidit Mommsen). — 1) Dolabrarum collegii fabrum. De dolabris Dig. 4, 45, 3, 3; Hirschfeld Gall. Studien III p. 10 not. 1. Cf. item ad N. 7252.*

**7247** d. m. | Iul. Herculanus | dec. scol. fab. iimag.<sup>1</sup>, | vix. ann. LXXX, Iul. Viv[enia] coniux, Iul. | Marcianus fil. im[mag. scol. fab., vix. | ann. XXVII, Aur. Iulius mil. chor. I sag. im[mag., vix. ann. XXX, Iul. | Marcellinus fil., | vexil. scol. fab.<sup>2</sup>, vix. | ann. XXV, Iul. Ma[rcia] fil., vix. | ann. XIII, Iul. Er[aclia] fil., vix. ann. VIII, Iul. | Marcelina nep., | vix. ann. III, Vive[nia] mater se viva f.

*Prope Drobetam (Turn-Severin) rep. (III 8018 vidit Domaszewski). — 1) Item imagini[fer] (Dom.). — 2) Vex. [co]l[.]l. fabro[r.] etiam in t. Sarmizegetusensi III 7900, vexillarius (sic perscr.) collegi fabrum in t. Salonitano III 8837.*

**7248** d. m. | T. Sillio T. lib. | Prisco | mag. colleg. | fabr. II et q. II<sup>1</sup>, | mag. et q. sodal.<sup>2</sup> | fullonum<sup>3</sup>, | Claudiae Filib.<sup>4</sup> | uxori eius, matri<sup>5</sup> | sodalic. fullon., | T. Sillius Karus et | Ti. Claudius Philippus, mag. et | q. colleg. fabr., | fili parentib. | piissimis.

*Falerione in Piceno (IX 5450 vidit Mommen). — 1) Quaestori iterum. — 2) Sodalicii. — 3) Corpora fullonum etiam supra N. 5127. 5562. — 4) Philippae? — 5) Aliae matres collegiorum supra N. 4061. 6724. 7220; III 1207. IX 2687.*

**7249** dis manibus | L. Trebio Fido quinquennali | collegi | perpetuo fabrum soliarium | baxiarium<sup>1</sup> > III<sup>2</sup> qui consistunt<sup>3</sup> | in scola sub theatro Aug.<sup>4</sup> Pompeian. | et immuni Romae regionibus XIII, | sibi et | Trebiae Ammiae uxori et | libertis libertabus | posterisque eorum omnibus. | Taberna cum aedificio et cisterna | monumento custodia cedit | lege publica, uti liceat itum aditum ambit. | haustum aquae ligna sumere.

*Romae (VI 9404 vidit Henzen). — 1) Baxaeae calceamentorum genus, de quo Marquardt Privatleben der Römer (ed. 2) p. 594 not. 44; cf. Plaut. Menaechm. 591; Apul. met. 2, 28, Florid. 1, 9; Tertull. de pall. 4, de idol. 8; Isidor. or. 19, 34, 6. 13: — 2) Centuriarum trium. — 3) Cf. N. 1798. 5062. 7021 cet. — 4) Nota theatrum Pompeianum appellari Augusti.*

*Romae, iam Parmae (VI 9443 vidit Bormann).* — 1) *Glutinatores* (clutinat. scriptum est) X 6658 b.

**7658** (*anaglyphum cuius pars superior deest: femina sedens, ante eam femina stans*) d. m. | Iuliae Agele resinariae, | quae vix. an. LXXX, | Iulia Irene patronae | b. m. f. et sibi et suis | posterisq. eorum.

*Romae (VI 9855 vidit Henzen).*

**7659** C. Iulius C. l. | Felix saccar.<sup>1</sup>

*Romae (VI 5556 vidit Henzen).* — 1) *Qui saccos conficit et vendit. Cf. C. Gloss. Lat. II p. 429, 36: σακκοπλόκος saccarius. Saccis portandis videntur operam dedisse saccariorum corpora, de quibus cf. supra N. 6178 not. 2.*

**7659<sup>a</sup>** [d.] m. | Eugeniae | filiae defun|ctae Iulius Victor cuparius | et saccarius, et | Acceptinae con|iugi et Florentio | filio vivis vius | fecit.

*Treviris rep. (XIII 3700 = Brambach 827 bis descripta circa finem saec. XVIII).*

**7660** M. Manneius M. l. Apella | cullearius fecit sibi et M. | Manneio Primo patrono | [*et lib.*] libertabusque meis posterisq. eorum, | quos testamento meo honoravero (*sic traditur*). | In hoc monumento socium habeo nullum. | Constat cum loco HS XVI. | In fr. p. XII, in agr. p. XII.

*Romae ut videtur (VI 55846 forlasse semel tantum descripta saec. XVI).*

**7661** M. Modius M. l. Pamphilus | figulus propolus. | Modia M. l. Dóris. | M. Modius M. l. Telesphorus.

*Puteolis (Eph. 8, 587 dedit Criscius).*

**7662** Anicia mater; | P. Anicius P. l. Eros | tegularius<sup>1</sup>; | Anicia P. l. Creste (*sic*); | Domitia Cn. l. | Fausta Aniciana; | Cn. Domitius Cn. l. | Hermia.

*Ad ostium Volturni fluminis, iam Neapoli (X 5729 Mommsen vidit immunitam).* — 1) *Alii tegularii* (teglarius VI 7645) VI 7645. 8634 = X 6637. 6638 col. III; testarius VIII S. 46877 = Eph. ep. 5, 4286.

**7663** Laturnia | Ianuaria calcaria<sup>1</sup>, | vix. ann. XXXV.

*Pompeis (Notizie degli scavi 1894 p. 15).* — 1) *Calcarienses supra N. 7289.*

**7664** d. (*ancora*) m. | Sex. Cornelio Vitali|oni exoneratori calca|riario<sup>1</sup>, homini dul|cissimo, college (*sic*) sui pr[o] sua pietate bene mere|nti fecerunt, cura|m egit Iconius.

*Romae (VI 9584 vidit Henzen).* — 1) *Cf. Marquardt Privatl. (ed. 2) p. 634 not. 8.*

**7665** M. Egn[ati] | M. l. Pam[p]hili | carbonari. | In fr. p. XII, | in agr. p. X.

*Beneventi (IX 4746 vidit Mommsen).*



**7666** C. Ateio Philadelpo (*sic*) | albario. | In fr. p. XX, in agr. p. XX.  
*Romae (VI 9159 vidit Henzen).*

**7667** C. Pulfidius | C. I. Nicia | tector | de suo posit. | Pulfidia  
Melissa (*laguna? et diptychon?*).  
*Corfinii rep. (IX 3192 vidit Dressel).*

**7668** P. Marcius P. I. | Philodamus | tector sibi | sueisque. Hic |  
Iucunda sepulta | est delicia eius.  
*Beneventi (IX 1721 vidit Mommsen).* — Pompeius Catussa, cives Sequanus,  
ector in *t. Lugdunensi XIII 1983 = Or. 4803.*

**7669** vivit | P. Usulenus Hila[ri] | I. Anoptes, gypsa[r.]; |  $\Theta^2$ , et Com-  
muni fil.; | v., Usulena P. I. | Hilarae uxso[ri]. | In fr. p. XII.  
*Narbone (XII 4479 vidit Allmer).* — 1) *Alius gypsarius est IX 5578. Cf.*  
*edict. Diocl. 7, 30: reliquis plastis gypsariis.* — 2) *Cf. N. 7626<sup>a</sup> not.*

**7670** Ti. Iulius Aug. I. | Nicephor. museiar.<sup>1</sup> | fecit sibi et | libertis  
libertabusque suis | posterisque eorum.  
*Romae (VI 9647 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. edict. Diocl. 7, 6.*

**7671**

hic sit[us] . . . . | . . . imu . . . . | prima iuventa fuit . . . |  
dum varias cupit<sup>1</sup> spec[ies] | museo figere in alto |  
decidit et Hermas hoc nunc | est pondere clausus, |  
aeternasq. lacrimas reliquit Carpo parenti.

Qui vixit ann. XXI m. VIII | dieb. XX. Carpus coloniae<sup>2</sup> | pater infeli-  
cissimus fec.

*Beneventi ut videtur (IX 6281 solus descr. Accursius saec. XVI). Buecheler*  
*carm. epigr. 462.* — 1) *Cupit (Bue.).* — 2) *Sc. servus.*

**7672** P. Cornelius P. I. | Philomusus pictor | scaenarius idem red-  
empt., | monumentum fecit h. c.<sup>1</sup> | Corneliae P. I. Lyce libe[re]ae castae,  
annor. nata XIII, hic si[ta est], | sibi et suis posterisque eoru.

*Romae, deinde Florentiae (VI 9794 aliquoties descripta saec. XVII/XVIII).* —  
1) *Hic condilus? (Fortasse scr. HS C. Hirschf.)*

**7673** d. m. | Ti. Claudi Soteris | pictoris quadri[gulari]<sup>1</sup>, Carisia |  
Iucunda fecit | sibi et | coniugi bene | merenti.

*Roma ut videtur Pisaurum allata (VI 9795 vidit Bormann).* — 1) *Cf. Marquardt*  
*Privatl. p. 727, 15.*

**7674** d. m. | praecedere voluisti sanctissima coiuX, | ut me relin-  
queres in lachrimis, | si est aliquit in infernas partes bene, — | ego autem  
sine te vitam sordidam exigo, — | esto felix et ibi, dulcissima Thalassia, |  
educatrix c. v.<sup>1</sup> et mihi in conuivio per annos XXXX. | Papirius Vitalis  
arte pictoria maritus eius, | feminae incomparabili, fecit sibi et suis.

*Romae (VI 9792 vidit Henzen).* — 1) *Clarissimi viri.*

C. Sallusti Crispi I. Aiæcis | pictoris monumentum VI 33427.

- 7675** P. Fabi P. f. | Fal. Iapi.<sup>1</sup>, | in agr. | p. XXIV.  
**7675<sup>a</sup>** P. Fabi P. f. | Fal. sca|ptor<sup>2</sup>, in fron. | p. XIV.  
*Romae extra portam Aureliam (VI 33908/9 hanc vidit Kellermann).* — 1) *Lapidica.* — 2) *Cf. Huelsen Philol. 56, 1897 p. 392.*
- 
- 7676** viv. | C. Volusius | C. I. Lucundus, | tabularius. | Heidia T. I. Auge. | Q. Baebius Q. f. | faber | lapidarius<sup>1</sup>. | L. Tettius L. I. Philarg. | caligarius.  
*Bononiae (Notizie degli scavi 1896 p. 449).* — 1) *Alius faber lapidarius in t. Narbonensi Bull. du comité des travaux hist. 1902 p. XXXVI.*
- 
- 7677** D. Sallustio Ac|cepto, opifices | lapidari | ob sepulturam | eius.  
*Vastone rep., est Avennionne (XII 4384 vidit Hirschfeld).*
- 
- 7678** L. Valerius L. I. | Pharnaces | marmorarius subaedanus<sup>1</sup>.  
*Romae in monumento columbariorum in villa Pamphilia (VI 7814. 33293 descr. E. Braun).* — 1) *Cf. supra N. 7222 not. 3.*
- 
- 7679** d. m. | titulos scri|bendos vel | si quid ope|ris marmor|ari opus fu|erit, hic ha|bes.  
*Romae (VI 9556 vidit Henzen).*
- 
- 7680** στῆλαι | ἐνθάδε | τυποῦνται καὶ | χαράσσονται | ναοῖς ἑροῖς | σὺν ἐνεργείαις | δημοσίαις<sup>1</sup>. || Tituli | heic | ordinantur et | sculpuntur | aidibus sacreis | cum operum | publicorum.  
*Panormi (X 7296 vidit Mommsen. Kaibel inscr. Graec. Sicil. Ital. 297).* — 1) *Sic male versum ex Latino: operum publicorum. 'Marmorarius nec Graecus opinor nec Romanus cum ab utriusque linguae perilis intellegi cuperet neutris satisfecit' (Kaibel).*
- 
- 7681** . . . . Vitalis scri|ptor | ti|tulum.  
*Romae, iam Florentiae (VI 9537 vidit Henzen).*  
*De lapidariis et marmorariis cf. prueterea supra N. 3459. 3579. 4661. 4682. 6331. 7039. 7048<sup>a</sup>. 7288. 7288<sup>a</sup>; tabul. praef. (sc. praefecti urbis Romae) et librarius quadratarius praef. VI 30865 (cf. Mommsen chron. min. I p. 15).*
- 
- 7682** (*sera*) Eroti | aerario | Baia Lamulia | p.  
*S. Vittorino prope rudera Amiterni (Persichetti Notizie degli scavi 1896 p. 537).*
- 
- 7683** d. m. v. f. | Q. Iulius L. f. Sca. | Maximus Smintius | aerarius, sexvir, | sibi et Maeminiae Q. f. | Maximae uxori dulcissim. | et Q. Vibio Q. f. Vero f., et L. fratri suo | (*post carmen sex versuum, quod omisi, incus, mallei duo, forcipes, serae*).  
*Prope Vallombrosa dicionis Florentinae rep., est Florentiae (XI 4616 vidit Bormann). Carmen tractavit Buecheler 1190.*  
*Aerarios et sodales aerarios habes supra N. 4658. 7287.*
- 
- 7684** L. Vettien | L. I. Anterotis | aerari stat.<sup>1</sup>  
*Roma ut videtur Ravennam adlata (VI 9157 vidit Bormann).* — 1) *Statuarii? (Momms.).*

**7685** M. Caedicius Iucundus | aurifex de | sacra via, vix. a. XXX,  
Clodia Cypare | dulcissima soror | Caediciae Priscaes.

*Romae, iam Neapoli (VI 9207 vidit Mommsen).*

**7686** L. Sempronius | L. I. Cephalius | aurifex extra | port. Flumentan., | sibi et suis | posterisque | eorum et | L. Sempronio L. I. | Theophilo I. (*A sinistra alius titulus*).

*Romae (VI 9208 vidit Marinius).*

Conlegium aurificum *supra* N. 7283; aurific. de sacra via N. 5683<sup>d</sup>.

**7687** d. m. | Camill. Polynices | natione Lydus, artis | aurifex, corporis | [f]abr. tignuariorum, | [a]pud eosdem omnib. | [h]onoribus functus | . . . . . | . . us vixit ann. LX. ., | [e]t Camillio Paulo | [f]ilio, eiusdem artis | [e]t corporis, qui vixit | annos aetatis XXXIII.

*Amsoldingen (prope Thun) in Helvetiis, iam Thun (XIII 5154 = Inser. Helv. 212 vidit I. Schmidt).*

**7688** (*vir malleo lamellam auream eudens; statera; massa auri*) aurifex brattiar.

*Romae in museo Vaticano (VI 9210 vidit Henzen. Imaginem anaglyphi exhibet Jahn Berichte der K. Sächs. Ges. d. Wissensch. 1861 tab. 7, 2).*

Brattearius, brattearia etiam VI 9211 (= Orell. 4153). Collegium brattiariorum inauratorum *supra* N. 7281.

**7689** Philomusus | Terti I., inaur.

*Romae in monumento liberiorum Liviae rep. (VI 5928 vidit Henzen).*

**7690** sodales fecerunt de suo | monimentu Felici inpaestatori<sup>1</sup>, | vixit anos XXX, h. s. e.

*Caesareae Maurelaniae (VIII 9127 cf. 20953 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) Qui exercet artem ἐμπιαστικὴν, de qua Athenaeus II, 488<sup>b</sup>. Λάνχλεια (lan-  
ciulae) χρυσέμπαια (scr. χρυσέμπαια) in vasorum catalogo Aeg. Urk. Berl. Mus. n. 781 col. V; cf. Herwerden Mnemosyn. 1900 p. 127.*

**7691** Viccentia | dulcissima filia, | auri netrix<sup>1</sup>, quae (*sic*) | vixit [an.] VIII m. VIII.

*Romae in coemeterio Callisti rep. (VI 9215 cf. p. 5469 vidit de Rossi). — 1) Quae nebat aurum. Χρυσονήστρια auri netrix Corp. Gloss. Lat. III p. 509, 63 (hermeneum. Montepess.); χρυσονεστριεῖ fragmentum Elatense edicti Diocletian. de pretiis rerum (c. 50, 6; C. III p. 1925. 1951). Cf. Blümner Maximartif p. 178.*

**7692** Sellia | Epyre | de sacra via | auri vestrix, | Q. Futi Olympici<sup>1</sup>.  
*Romae (VI 9214 cf. p. 5467 vidit Dellefsen). — 1) Sc. uxor.*

**7693** A. Septicius A. D. I. | Salvius, | de sacra via | auri acceptor (*sic*).  
*Romae (VI 9212 vidit Henzen).*

**7694** L. Furius | L. I. Diomedes | caelator de | sacra via, | Corneliae L. f. | Tertullae uxori (*versus nonnulli scalpro deleti; infra in duabus tabellis parvulis*) pusillu — nimphic.

*Romae (VI 9221 vidit Henzen).*

**7694<sup>a</sup>** Antigonus Germanici | Caesaris l. argentarius | vixit annis  
XXII. | Amiantus Germanici Caesaris | caelator fecit.

*Romae, ibi ubi N. 1717 seq. rep. (VI 4328 semel descripta saec. XV).*

Argentarius caelator *supra* N. 7286. Caelator anaglyptarius *in titulo non bene descripto* II 2243.

**7695** d. m. | M. Canulei | Zosimi, | vix. ann. XXVIII, | fecit | patronus lib. | bene merenti. | Hic in vita sua nulli ma|ledixit, sine voluntate | patroni nihil fecit, | multum ponderis | auri arg. penes eum | semper fuit, concupiit ex eo | nihil umquam. Hic artem caela|tura Clodiana<sup>1</sup> evicit omnes.

*Romae (VI 9222 cf. p. 3469 descripserunt Iucundus aliique). — 1) Cf. Plin. n. h. 33, 439: vasa ex argento mire inconstantia humani ingeni variat nullum genus officinae diu probando: nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana . . . quaerimus.*

**7696** . . . anus | [post aedem] Castoris, decurio . . . inianae; | . . . [Nice]phor faber arg. | [ad Vo]rtumnum, | . . . vixit cum suis | . . . . . | . . . [Phi]leros f.

*Romae (VI 9393 vidit de Rossi).*

*Alius faber argentarius supra* N. 6077. *Adde* III 1652. *VI 9392.*

**7697** d. m. | Silio Victori filio | et Naebiae Amoebe | coniugi et Siliae Victoriae | filiae suae, P. Silius Victor | tritor<sup>1</sup> argentarius, f. s. et s.<sup>2</sup>, | l. l. posterisque eorum.

*Romae, iam Neapoli (VI 9950 vidit Mommsen). — 1) Cf. Corp. Gloss. Lat. II p. 202, 43: tritor τορευτής. — 2) Fecit sibi et suis.*

**7698** . . . | Mansuet[*i*] | lib. | Primigenius | excūsor<sup>1</sup> | argentarius | et Pulliae Meropae.

*Fiumicelli prope Aquileiam rep. (Pais 215 qui vidit). — 1) Cf. Quint. 2, 21, 40.*

**7699** [d. m.] | et memoriae | aeternae | Potitio | Romulo, | q. vivi.<sup>1</sup> ann. XX m. V . . ., | defuncto, | arti (*sic*) arge[*nt.*] | exclussor[*i*]<sup>2</sup>, | Martinia | Lea coniu. ka|rissi. et sibi v. | p. c. et s. d. i. (*sic*)<sup>3</sup>.

*Lugduni (XIII 2024 vidit Hirschfeld). — 1) Scr. vix. — 2) Cf. Augustin. enarr. in ps. 67, 59, de spiritu et litt. 40, 47. — 3) Debit esse s. a. d. (cf. N. 7035 fin., item N. 7028 seq.).*

**7700** d. m. | Selliae Nices | vix. ann. XXXV | mens. VI dieb. XXI, | C. Sellius Onesimus | flaturar. de via sac. | coniugi b. m. f.

*Romae (VI 9418 viderunt Accursius aliique).*

*Alius flaturarius de sacra via VI 9419 (= Orell. 4193); [ne]gotiator a[*rti*]s cretariae et flaturariae si[gill.] III 3833. Flaturarius auri et argenti monetae VI 8456; flatura argentaria monetae supra N. 1470; VI 791.*

**7701** . . . . . | de basilica | vascularia<sup>1</sup> | aurario et | argentario<sup>2</sup>.

*Veis ut videtur rep., est Neapoli (XI 5821 vidit Mommsen). — 1) Sic videtur fuisse in lapide (vascula . . a nunc extat, vacuaria qui primus descripsit). Cf. Notit. urb. app.; Jordan top. I 2, 458. — 2) Alius [au]rarius argentar. est VI 9209.*

**7702** . . . . . | L. l. Soterichus | Vlvir, argent. | vasclarius<sup>1</sup>.

*Cognolae prope Veronam rep. (V 5428 vidit Mommsen).* — 1) *Alius argent. vasclarius II 5749.* (A)erari. vascl. *VI 9158.*

**7703**

adulescens, tametsi properas, | hic te saxsolus  
rogat ut se | aspicias, deinde ut quod scriptust | legas.

hic sunt ossa Maeci Luci sita | Philotimi vasculari.

hoc ego voleba. | nescius ni esses. Vale.<sup>1</sup>

⟨Posteris ius. | L. Maeci. L. l. Salvi. Manchae Manchae f.⟩<sup>2</sup> | Rutilia Rutiliae l. ⟨Hetbaera.⟩<sup>2</sup> | Maecia L. f.

*Romae rep., iam Vindobonae apud Bormannum (VI 55919<sup>a</sup> imaginem exhibet Bormann arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 17, 1894 p. 227; ab eo Buecheler carm. epigr. n. 848).* — 1) *Mire congruit epigramma Pacuvii poetae relatam a Gellio I, 24, 4. Cf. Bormann l. c.; Buecheler l. c.; item supra N. 4952 v. 5.* — 2) *Quae uncis inclusimus, postea addita esse videntur (Borm.).*

*Alii vascularii VI 4818. 3592. 9952—9958. 35918. 35919. X 7611. III 6531<sup>a</sup>.*

**7704** . . . . . | Cn. Danius Cor. . . .<sup>1</sup> [l.] | Minuso<sup>2</sup> IIIIvlr. Aug. | Luguduni, negotiator argentar. | vascularius, sarcophagum | alumno posuit et aram infra script. | vivus sibi inscripsit, ut animae | ablatae corpore condito multis | annis celebraretur eoque fato | . . . . .

*Lugduni (XIII 1948 descr. saec. XVII Spon et Menestrier).* — 1) *Cognomen patroni (Momms.).* — 2) *Idem XIII 2120. 2121.*

*Negotiantes vasculari Romae, VI 4065.*

**7704<sup>a</sup>** diis manibus | M. Volci Pal. | Hermae eborar. | negotiatoris, | benemerenti | fecit | M. Volcius Pal. | Abascantus | lib. isdem gene[r.] | *(Venus et Amores duo. In utroque latere praeter cancrum elephantus).*<sup>1</sup>

*Nazzani in agro Capenate (XI 5948 vidit Bormann).* — 1) *Elephanto qui est in utroque latere alludi ad negotiationem eborariam vidit Bormann archaeol. epigr. Mitth. aus Oesterr. 10, 1886 p. 229.*

**7705** vi. | M. Aeli. M. l. | Apolloni | fabri eborari, | et Lepidae leib. | meae.

*Romae rep. ad viam Salariam (VI 33425 = Notizie degli scavi 1899 p. 57).*

*Alius faber eburar. VI 9597.*

**7706** v.<sup>1</sup> P. Caesetius P. l. Sodalis | politor eburarius<sup>2</sup>. | v.<sup>2</sup> Caesetia P. l. [Pro]cula.

*Romae (VI 7885 descr. saec. XVIII Dom. Giorgius, auctor accuratus).* — 1) *Vivus,* 2) *viva.* — 3) *Cf. politor VI 9820.*

**7707** Sex. Clodius Sex. l. Amoenus | eborarius ab Hercule | primigenio<sup>1</sup>.

*Romae ad viam Appiam rep. (VI 7655 vidit Henzen cum amicis).* — 1) *Cf. N. 5455.*

*De collegio negotiantium eborariorum citrinarorumque vide supra N. 7214.*

**7708** L. Albius L. l. | Thaemella | gemmarius d[e] sacra via. | Albia  
L. l. | Primigenia, | vix. ann. XXII.

*Romae (VI 9454 vidit de Rossi).*

*Alius gemmarius supra N. 7539.*

---

**7709** L. Uttedius Hermias | gemmarius sculptor, | ann. vix. XLV.

*Romae (VI 9436 vidit Henzen).*

---

**7710** d. m. |

quicumque es, puero lacrimas effunde, viator. |

Bis tulit hic senos primaevi germi[ni]s annos, |

deliciumque fuit domini, spes grata parentum, |

quos male deseruit longo post fata dolori. |

5 Noverat hic docta fabricare monilia dextra |

et molle in varias aurum disponere gemmas. |

Nomen erat puero Pagus, at nun[c]<sup>1</sup> funus acerbum |

et cinis in tumulis iacet et sine nomine corpus<sup>2</sup>. |

Qui vixit annis XII | mensibus VIII diebus XIII ho. VIII.

*Romae (VI 9437 vidit Bormann). Buecheler carn. epigr. 403. — 1) nunt lapis. — 2) Cf. Verg. Aen. 2, 557.*

---

**7711**

Blesamus hoc Novius requiem | sortitus in aevom |

!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!

contra locus sanctus, plausu | qui excepit agresti |

cum primum fundo venerat hic dominus. |

5 Parebat nemo, Fauni | Nymphaeque sonabant, |

laetitiam divom sensit et ipse locus. |

Hic olim stauis urbem | decoravit et orbem<sup>2</sup>:

nomen habet populus; corporis hic tumul.<sup>3</sup>

*Romae (VI 23083 vidit I. Schmidt). Buecheler carn. epigr. 4254. — 1) Versus erasus, nescimus quam ob causam. — 2) Sculptor fuit, praeterea ignotus (Brunn Künstlergeschichte I p. 614). — 3) Debit esse: corpus at hic tumulus (Bue.).*

---

**7712** Maecio Aprili arti[f]ici signario, qui vixit | annis XXVII  
menses duo dies V, benemerenti in p.

*Romae rep. in coemeterio Cyriacae (VI 9896 vidit de Rossi).*

---

**7713** M. Rapilius Serapio hic | ab ara marmor.<sup>1</sup>, | oculos repositus  
stauis; | qua ad vixit bene<sup>2</sup>.

*Romae, iam Florentiae (VI 9403 vidit Henzen). — 1) ab ara marmorea etiam VI 40020. — 2) Quoad vixit, bene (vixit).*

---

**7714** dis manibus | L. Licinio L. f. Stator[*i*]a[no] L. Licinius L. l.  
Patroclus | faber oculariarius | frat. cariss. f.

*Romae, iam Neapoli (VI 9402 vidit Mommsen).*

---

**7715** d. m. | Q. Caudi[di] Benigni fab. tig. c[or]p. Ar.<sup>1</sup>

Ars cui summa fuit | fabricae, studium doctrin. | pudorque,  
quem magni | artifices semper dixere | magistrum.

Doctior hoc ne[m]o fuit, potuit quem vinc[er]e nemo,  
organa qui nosse[re] facere aquarum aut duce[re] cursum<sup>2</sup>.

Hic covviva (sic) fui[t] dulcis, nosset qui pasce[re] amicos,  
ingenio studio | docilis animoque benignus.

Candidia Quintina | patri dulcissimo et Val. | Maximina coniugi kar. (In  
*lateribus perpendicularum; ascia*).

*Arelate (XII 722 Hirschfeld vidit pleraque). Buecheler carm. epigr. n. 485. —*  
1) *Fabri tignuarii corporati Arelate. — 2) Simile artificium merulatoris vocabulo*  
*indicari VI 13484, putat Buecheler carm. epigr. 465.*

**7716** M. Lucilio M. l. | Diocli tibicin. | artific. organ.<sup>1</sup>, | libertis et  
libertab. | eius, arbit[ratu] | M. Ofilli Terti.

*Beneventi (IX 1719 servavit Verusius). — 1) Artifici organorum.*

**7717** d. m. | ! ! ! ! ! | Saturnino | fabro | automatario<sup>1</sup>, | P. Domi-  
tius | Maximus | amico.

*Romae (VI 9394 vidit Smetius). — 1) Cf. Dig. 30, 41, 11.*

*Fictus est titulus Orell. 4450 (= XIV 332\*) automatarii krepsidarii.*

**7718** C. Asini | C. l. Felicis | fabri Genio<sup>1</sup>.

**7718<sup>a</sup>** Asinia C. l. Ammiae | matri Felicis fabri | balneatoris. || C.  
Asinio Fe[llici] | fabro baln[ea]toris, vixit | annos XXXIV.

*Romae, deinde Florentiae (VI 9385. 9593/6 vidit Henzen). — 1) Cf. N. 8050 cet.*

**7719** v.<sup>1</sup> L. Hostilius L. l. Amphio | faber lectarius | ab cloca (sic)  
maxima, sibi et |  $\Theta^2$  L. Hostilio Pamphilo patrono et | Hostiliae Bassae  
conlibertae, | vix. a. XXXV, et suis.

*Romae (VI 7882 vidit Henzen). — 1) Vivus. — 2) Cf. N. 7626<sup>a</sup> not. 1.*

**7720** [Q.] Baebius Q. | l. Tertius | faber limarius, | in suo hic | requiescit.  
*Narbone (XII 4473 cf. p. 846 ter quaterve descripta).*

**7721** Titia Eutychia | v. f. sibi et | L. Maesio L. f. Modesto | filio,  
ann. XVIII, | Valeriae . . . Verae | fil., ann. XVIII, | L. Maesio Terentino |  
fabro pectinar., | coniugi dulcissim. (in lateribus pectines aliaque instrumenta).  
*Poetae (V 98 vidit Mommsen praeter paucas litteras nunc evanidas).*

**7722** (vir sedens ad tabulam, d. malleum vel simile quiddam tenens, si-  
nistra instrumentum formae incertae in mensa positum attingens, aliud instru-  
mentum in genibus ipsius iacet. Iuxta puer d. cultrum tenens, s. attingens in-  
strumentum illud in mensa positum) T. Valerius L. f. | Placidus | rector  
pectinar.<sup>1</sup>; | Cornelia M . . .

*Hastae (Asti) (V 7569 vidit Mommsen). — 1) Alius rector. pecten. IX 4714.*

**7723** (ascia, forceps, malleus) d. m. (asciae duae) memoriae aeternae |  
Valeriae Leucadiae infantis | dulcissimae, quae vixit annis | VI d. XXX, et |

Virei Vitalis, iuvenis incomparabilis ingeni, artis fabricae | ferrariae, fratris eiusdem Leucadiae, quorum mortem soli | XXX dies interfuerunt, corpo[rato inter fabros tign. Lugud., | qui vixit ann. XVIII m. X d. VIII, | cuius aetas talis fuit ut virgo | defunctus sit cuiusque sapien[tia omnibus amicis et parenti[b.] | admirabilis fuit. Huius de aeta[te] | mors inique iudicavit. | Val. Maximus vitricus qui eum | sibi filium adoptaverat et art[e] | educaverat, in quo spem aeta[tis suae conlocaverat, et Iulia Secundina mater infelicissima, qui sibi ab eis id fieri spe[raverant, et | Vireii Marinius et Secundianus et Val. Secundinus fratres p. c. et sibi vivi sub asc. dedic.

*Lugduni (XIII 2036 vidit Hirschfeld).*

7724 . . . . . faber | ferrarius sibi fecit | dedicavit et titula[vit]; ita fecimus quot | filii nostri non faciunt.

*Tubunis (Tobuo) Numidiae (VIII 4487 semel ut videtur descripta).*

Conlegium fabrum ferrarium (Romae) supra N. 4915; fabri ferrari Dibione [co]n-sis[te]ntes N. 7048. Alii XI 4236. 4237.

7725 (*protomae viri et mulieris*) P. Longidienus P. f. Cam. | faber navalis, se vivo constituit et Longilienae P. l. Stactini. | (*protomae iuveniles duae*) P. Longidienus P. l. Rufio, | P. Longidienus P. l. Piladespotus | inpensam patrono dederunt (*homo fabricans navem; intra tabellam quadratam litteris parvis*) P. Longidienus | P. f. ad onus | properat.

*Ravennae (XI 439 vidit Bormann; imagines exhibent Murat. p. 534; Jahrb. sächs. Ges. d. Wiss. 1861 tab. X fig. 2 cf. p. 534).*

7726 . . [Cae]ci[tio] | Nigro fa[br. navali].

[Praete]riens quicumque legēs h[aec carmina nostra,  
qua]e tibi defuncti nom[ina] ver[a dabunt,  
incompto]s elegos veniam peto ne ver[earis]  
perlegere et dicās carmen ha[bere fidem.

5 C]aecilius Niger est hic ille s[epul]tu[s ad undas],  
quo cernis titulum, stab[at et ipse loco].

Nunc tibi navales pauci damus ul[tima dona],  
ho[c] et defuncto corpore munus [habe].

Ossa tuis urnis optamus dulce quiesc[as]

10 sitque levis membris terra m[olesta tuis].

Arti[fi]ci artifices Nigro damus ista so[dales]  
carmina quae claudit iam rap[idus<sup>1</sup> Rhodanus].

*Arelate rep. a. 1886 (XII 5811; de Laurière et Thédenat bull. des antiquaires de France 1888 p. 265 cf. revue épigr. du midi de la France 3, 1890 p. 43). Buecheler carm. epigr. n. 4191. — 1) Sic supplevit Hirschfeld qui vidit ectypum, res . . . ex lapide enotavit de Laur. (resonans fluvius?) Buch.).*

7727 d. m. | C. Baebio Mu[saeo] machinatori, | C. Baebius Symbiotes | fratri et conliberto | merentissimo. (*In margine inferiore Graeca sensus obscuri.*)



Romae (VI 9553 cf. 55810 vidit Henzen. De Graecis cf. Kaibel Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1467).

**7728** Marti | Aug. sacr. | C. Seuius | Lupus | architectus<sup>1</sup> | Aemi-  
niensis<sup>2</sup> | Lusitanus ex vo[*t.*].

La Coruña in ora Callaeciae, in rupe prope pharum qui videtur aetatis Ro-  
manae (II 2539 cf. II S. 5639 vidit Huebner). — 1) Architectum fuisse ipsius phari  
probabile est, cf. Huebner l. c. — 2) De Aeminio cf. C. I. L. II p. 816.

**7729** M. Cassio C. f. Pob. Denticulo | IIIvir., architect., | trib.  
militum.

Veronae (Ricci Notizie degli scavi 1893 p. 15).

**7730** C. Gavio C. f. | Straboni, || M. Gavio C. f. | Macro, || . . . . . |  
Gaviae M. f. (Intus in arcu ab utroque latere) L. Vitruvius L. I. Cerdo |  
architectus<sup>1</sup>.

Veronae in arcu qui deiectus est a. 1805 (V 5464 saepius descripta inde a  
saec. XV). — 1) Potest fuisse libertus et discipulus Vitruvii Pollionis (Momms.).

**7731** C. Postumius C. f. Pollio architectus<sup>1</sup>.

Terracinae (X 6339 saepius descripta saec. XV—XVIII). — 1) Idem in simili  
titulo Formiano X 6126.

**7731<sup>a</sup>** L. Cocceius L. | C. Postumi l.<sup>1</sup> | Auctus arcitect.

Puteolis (X 4614 p. 1009 vidit Mommsen). — 1) Aut trium Cocceiorum, L., Gai,  
Postumi fuit libertus, aut L. Coccei et C. Postumii (ut ab altero praenomen, ab  
altero gentilicium sumpserit cf. supra N. 5097 not. 4) (Postumium hunc Mommsenus  
coniecit fuisse Postumium Pollionem tituli eius qui praecedat). Aut ipse aut ex  
patronis eius unus potest fuisse is Cocceius cuius opera in regione Puteolana me-  
morat Strabo 5 p. 245 (narratur ille fecisse cuniculum a lacu Arverno Cumas et  
fortasse etiam alterum illum Puteolis Neapolim; sed Strabonis verba perplexa et  
fortasse interpolata, cf. Momms. l. c.). Fortasse ad eundem Cocceium spectat  
fragmentum epistylis Cumis rep. X 5707: L. Cocc . . . | redem[*pt*] . . .

**7732** P. Buxurius P. f. | Truentines.<sup>1</sup> QVIE|COINOMN<sup>2</sup> Tracalo, |  
arte tecta.<sup>3</sup> Salve.

In Piceni plaga maritima, prope locum dictum Monte Prandone, rep., litteris  
antiquis (IX 5279 Mommsen vidit ectypum). — 1) Truentine(n)sis, scilicet ex Truento  
castro, quod non longe illinc situm fuit, ad ostia fluvii Tronto (cf. C. I. L. IX p. 492).  
— 2) Quiescit, coi (= cui) nomen (Momms.). — 3) Architectum intellegit Momms.  
(tecta a τέχνης, pro τέκτων). Pro L in hoc titulo est E.

**7733** C. Iulio | Luciferi<sup>1</sup> filio | Posphoro | architect. Aug., | Claudia  
Stratonice | uxor viro | optumo.

Romae, iam Florentiae (VI 8724 vidit Henzen). — 1) Fortasse hic supra  
N. 7571.

**7733<sup>a</sup>** dis manib. | Tychico imp. Dom. ser. | architecto Crispinil.<sup>1</sup> |  
Ti. Claudius Primus | ollam ossuariam | donavit.

Romae (VI 8726 vidit Henzen). — 1) Crispinilliano (fortasse antea servus  
fuerat Calviae Crispinillae, quam memorat Tac. h. 4, 75).

*Architectos militares habes supra N. 2057. 2424 (adde XI 650), architectum classis praetoriae Misenensis N. 2872. — Mentiones architectorum in operibus publicis inscriptae, supra N. 5485<sup>a</sup>. 5637<sup>b</sup>. 5638<sup>a</sup>. 5741, cf. 4718. 5378. 5339; adde X 4587. XI 3945.*

**7734** vivit, | Q. Caelius Sp. f. Vivi. | architectus navalis; | vivit, | uxor Camidia M. l. | Aprhodia |

Hospes resiste et nisi m|olestust, perlege.

Noli | stomachare. Suadeo, | caldum bibas.

Moriundust. Vale.

*Ad Lirim in agro oppidi SS. Cosmae et Damiani (non procul a Minturnis) rep. (X 5574 semel, nescio quam accurate, descripta). Buecheler carm. epigr. 118.*

*Alius architectus navalis XII 723.*

**7735** d. m. | C. Pomponio | Heraconti (sic) | dulcissimo | M. Ulpius Hera | et Valeria Sa|tornina (sic) pa|rentes harchi|tecto (sic) [f]abro | nabali<sup>1</sup> optumo, | vixit annos XXV (navis).

*Romae ad portam Salarium rep. (VI 33833 = Notizie degli scavi 1888 p. 570). — 1) Faber navalis etiam N. 7725; corpora fabrum navaliū N. 6172. 7726. (Naupegiariorum collegium in titulo ficticio VI 5, 192\*; naupe. in t. Clusino XI 2135 legere sibi visus est Bormann.)*

**7736** (parma, hastae duae) [tr]ib.<sup>1</sup> Claudia<sup>2</sup>, | [L.] Aebútius L. l. | [F]austus ménsor, | Vivir, sibi et | Arriae Q. l. Auctaé | uxóri et suis et | Zepyre libert. | v. f. (inter fasces duos cum securibus bisellium ornatum et stratum pulvino; infra groma<sup>3</sup>).

*Eporediae (Ivrea) (V 6786 vidit Mommsen; imaginem dedit H. Schoene Jahrb. des archaéol. Inst. 1901 tab. II cf. p. 128). — 1) Tribu. — 2) Primus versus fortasse postea adiectus. — 3) Groma agnovit Cavedonius bull. archeol. napoletano 1852 p. 70; dixit de ea re H. Schoene Jahrb. l. c.*

**7737** (in ima basi) T. Statilio Vol. Apro mensori | aedificior.<sup>1</sup>, vixit ann. XXII m. VIII d. XV, | T. Statilius Vol. Proculus | accensus velatus<sup>2</sup> et Argentaria | Eutychia parentes filio optumo et | Orciviae Anthidi uxori eius, sibiq. et suis, | libertis libertabus posterisque eorum. (Supra inscriptionem quae praecedit)

innocuus Aper<sup>3</sup> ecce iaces non virginis ira,

nec Meleager | atrox perfodit viscera ferro,

mors tacita obrepsit subito fecitq. | ruinam

quae tibi crescenti rapuit juvenile figuram.

(In media fronte arae iuvenis, manu sin. volumen tenens, iuxta capsula, ad pedes iuvenis iacet aper<sup>3</sup> exanimis; adstat Genius. In latere arae decempeda, in altero latere thecae duae.)

*Romae, basis, diu in Vaticano, iam in museo Capitolino (VI 1975 cf. p. 3233 vidit Henzen. Imaginem laterum dedit Gruter 624, 2, frontis Foggini mus. Capitol. anaglyph. tab. 9). Buecheler carm. epigr. 441. — 1) Alii mensores aedificiorum supra N. 1689. III 2129. VI 9622—9625. XIV 3032. 3713. — 2) Cf. supra N. 1955 seq. — 3) Desimilibus lusibus egit Gatti Bull. comunale 1887 p. 117.*

**7738** l. p.<sup>1</sup> CXX | Q. In[l]ius P. f. Gal. | Rufus agrimensor | Siccacenas<sup>2</sup>.

*In Baetica rep. prope Ipscam, loco dicto el monte Horquera, est Matrili (II 1598 p. 874 vidit Huebner). — 1) Latum (vel longum) pedes. — 2) Siccacena vel Siccacenum oppidum ignotum.*

**7738<sup>a</sup>** d. m. s. | T. Flavius Apsens | mesor agror.<sup>1</sup>, | pius v. a. XXVI, | h. s. e.

*Carthagine rep. in eodem sepulcreto in quo N. 1550 (VIII S. 12638 vidit Schmid). — 1) Fortasse hic mesor pertinuit ad tabularium imperatoris Carthaginense, constitutus sub procuratore tractus Carthaginensis; certe sub procuratore illo fuerunt Augusti servus, mesor agrarius, Augusti libertus agrimensor in eodem sepulcreto sepulti (VIII S. 12637. 12639).*

**7739** [C.] Stlaccius C. l. A . . . | mesor idem sacoma[rius]<sup>1</sup> | sibi et sueis. | [A.] Stlaccius A. l. Mário | [m]ensor eidem sacom[arius] | sibi et sueis.

*Neapoli (X 1930 vidit Mommsen). — 1) Qui sacoma (σῆκομα) tractat. Cf. supra N. 6163 not. 4.*

**7740** [col. Jul. Aug.] fil. Ber., L. Varronius Rufinus geometra fecit. Beryti in epistylü fragmentis (III 6041 semel descripta).

*Mensor agrarius in legione, supra N. 2422<sup>a</sup>, mesor frumenti N. 2423; mensores praetoriani, N. 2058. 2059. Mensores servi publici municipiorum, N. 6476. 6480. De corporibus mensorum frumentariorum et machinariorum, supra N. 6155. 7267. 7268.*

**7741** L. Marius L. f. | Vitalis, | vixi ann. XVII d. LV, consummatus litter. |

parentes suasi, artefic. | discerem,  
discessi ab | urbe in praetorio | Hadriani Aug. Caesar., |  
ubi dum studerem, fata | inviderunt mihi  
raptum]que ab arte tradiderunt | hoc loco. |

Maria Malchis mater | infelicissima, filio sanctissimo.

*Romae (VI 899A vidit Hensen). Bucheler carm. epigr. 101.*

**7742** d. m. | T. Oclati | Athenagorae | Nicomedensis, | iuris studiosi.

*Rep. in coemeterio veterum christianorum dicto S. Zolici, 40 mil. pass. ab urbe (VI 53868 = Orell. 7255 vidit de Rossi).*

**7742<sup>a</sup>** Heracli.<sup>1</sup> | d. m. s. | L. Vetidius | Maternus | Vetidianus, | eques Rom., | Q. Vetidi Iuvena]lis quinquen]nalici filius, | utraque lingua | eruditus, p. v. a. XVIII | m. III d. XXVIII, per]missu praesidis a | Karthagine de stu]dio relatis reliquiis, | h. s. e.

**7742<sup>b</sup>** Iuve[nal]is(?)<sup>2</sup>. | d. m. s. | Q. Vetidius | Felix Hono[r]atianus, | eques Roma]nus, Q. Vetidi | Iuvenalis | quinquen]nalici filius, | utraq. lingua | eruditus, p. v. | a. XXI m. VII, h. e. s.

**7742<sup>e</sup>** Iuventi. | d. m. s. | Q. Vetidius | Iuvenalis | Q. fil., omni|bus  
hono|rib. func|tus, pater III equitum | Romanor.<sup>3</sup>, | in foro iu|ris peritus, |  
agricola | bonus, p. | v. a. LXXX|VII m. VIII | d. XXVII, | h. s. e. || (*A si-*  
*nistra*) [d.] m. s. | Gellia Ho|norata | Gelli Ho|norati f., | ab exor|dio  
nupti|arum con|cordi mari|to defunc|to et sibi | unam a|rulam pi|etatis  
causa | constituit, | p. v. a. LXXVIII | m. VIII d. XXVIII, | h. s. e.

*Thubursici Numidarum (Khamisa) rep. (misit Cagnat, cf. Mél. de l'Ecole fr. de Rome 1903 p. 447 seq.). — 1) Signum Vetidii Materni. — 2) Signum ut videtur Vetidii Felicis (lectio non certa: IVVLI//IS exceptum est). — 3) Scilicet Materni Vetidiani et Felicis Honoratiani, quorum tituli praecedunt, tertiique nobis ignoti.*

**7743** d. m. s. | M. Staberio Felici | Primi[l]iano fratri, | iuris perito  
de primis iustissimo, | advocato de singularibus fidelissimo, | piissimo hu-  
manissimoque iuveni, | qui vixit annis XXXVII minus diebus XIII. | Hunc  
pietate religione unica | fecere curaver . . .

*Romae (VI 9487 solus Cyriacus ut videtur descripsit).*

*Juris peritus etiam supra N. 4435, iuris consultus N. 4067.*

**7744** memoriae | L. Turpili Victorini Ma|riani eq. R., advocati,  
om|nium litterarum et virtu|tum viri, qui fuit in rebus | humanis annis  
XXII cum | magna laude actus et d[i]sciplinae suae. Audenti.

*Cuicul (Djemila) in Numidia (VIII S. 20162 Cagnat vidit imaginem photographiam).*

**7745** d. m. | L. Mettius Otacilia|nus, causas egit an|nis XXXVIII,  
Mar|cia Damalis femi|na incomparabi|lis, f. c.<sup>1</sup> Rogatus.

*Romae (VI 9242 servavit Hieronymus Amati). — 1) Faciendum curavit.*

**7746** d. m. |

hic iacet Helpidius fati|s | extinctus iniquis,

egregius iuvenis, | causarum orator honestus.

Qui | vixit ann. XXX.

*Romae (VI 9244 cf. p. 5469 bis ut videtur descripta saec. XV|XVI). Buecheler carm. epigr. 425.*

**7747** d. m. s. | L. Calpurnius | Flamininus | vivus sibi fecit. |

Oravi causas felix, | dum tertia non lux |

coniugium et natos, | omne decus rapuit. |

Vixit annis LXXV.

*Lambaesi (VIII 3506 vidit Wilmanns). Buecheler carm. epigr. 4256.*

**7748** d. m. s. | M. Picario M. Memo|ris fil. Turraniano | casto raro  
cum vi|xit viro, magis|tro etiam iu|ris<sup>1</sup>, qui LXX an|num aetatis | egressus  
men|sibus] . . . .

*In agro Carthaginensi rep. (VIII S. 42418 vidit I. Schmidt). — 1) Alius magister iuris VI 4602 = X 8387.*

*Clarorum iuris auctorum titulos habes supra N. 4015. 4035. 4054. 4051. 4067.*

**7749** Q. Valerius | Littera<sup>1</sup> tes[tamentarius]<sup>2</sup> | IIIIIvir, c. s.<sup>3</sup>, an. LXIII. | h. s. e. S. t. t. l.

*Gadibus (II 4754 semel descripta saec. XVII). — 1) Cognomen ex agnominone ortum (Momms.). — 2) Cf. N. 7750 et N. 7763 v. 7. — 3) Carus suis.*

**7750** P. Pomponio P. l. | Philadespoto | [l]ibr., qui testamenta | scripsit annos XXV | sine iuris consult., | (*duo versus desperatae lectionis*).

*Venafri (X 4919 vidit Mommsen).*

**7751** P. Cornelius Celadus | librarius ab extr. porta | Trigemina, vix. an. XXVI.

*Romae, iam Veronae (VI 9515 vidit Mommsen).*

**7752** C. Afranio Clari lib. Graphico | doctōri librario<sup>1</sup>, lusori | latrunculorum, cur. c. R.<sup>2</sup>, et Tertullae | coniugi, ex testamento ipsius.

*Le Hallai prope Auch Aquitaniae (XIII 444 vidit Hirschfeld). — 1) Alius doctor librarius (de sacra via) Orell. 4214 (quem titulum fortasse non recte inter spurios relegavit Henzen VI 5, 5415). — 2) Curator civium Romanorum (cf. supra N. 7014 not. 2).*

**7753** v. f. | C. Terentius | Fructus | sibi et | Attico ser., | qui vixit ann. | XX, litteratus | Graecis et Latinis | librarius, | partes dixit CCC.<sup>1</sup> | In fr. p. XV, | in ag. p. XXV.

*Placentiae (XI 1236 accurato descr. saec. XVI Accursius). — 1) Cf. Petron. 58: non didici geometrias . . . , sed lapidarias literas scio, partes centum dico ad aes, ad pondus, ad nummum (incertum num eadem spectent verba t. Segusini V 7274: partes habuit X . . . ). Hultsch Jahrb. f. cl. Phil. 159, 1889 p. 335—343.*

**7754** Lupulio Luperco doctōri artis | calculaturae, Novionia Motuca | mater per Lupulium Lupianum filium f.

*Neuhausen prope Worms rep., est Mogontiaci (XIII 6247 = Brambach 912 vidit Zangemeister).*

**7755** d. m. | Melioris calculatoris, | vixit ann. XIII. Hic tantae memoriae et scientiae | fuit, ut ab antiquorum memori[a] usque in diem | finis suae omnium titulos superaverit; | singula autem quae sciebat volumin[e] potius | quam titulo scribi potuerunt, nam | commentarios artis suae quos reliquit (*sic*)<sup>1</sup> | primus fecit et<sup>2</sup> solus posset imitari, si eum | iniqua (*sic*) fata rebus humanis non invidissent. | Sex. Aufustius Agreus vernae | suo praeceptor [i]nfelicissimus, | fecit. | In f. p. II, in ag. p. VI. | Excessit anno urbis conditae | DCCCXCVII<sup>3</sup>.

*Ostia Romam allata (XIV 472 cf. eph. epigr. 7, 1192 exemplum nescio a quo confectum servavit Holstenius, partem postremam vidit Henzen). — 1) Fortasse scr.: reliquit quos. — 2) Oratio hiat. — 3) A. p. Chr. 144? Computatio ab urbe condita in titulo sepulchrali quam maxime insolita, sed fortasse minus offendit in titulo calculatoris.*

*Calculatoris officium designari coniecit Buecheler etiam in carmine VI 25852*

= *Buecheler carm. epigr. n. 474, quod desinit sic: [ille arte]m digitis nummoque probare peritus, [ex ratione] suo cognomine dictus Paternus.*

**7755<sup>a</sup>** Iulia Felicissima Lucilio Victorino coniugi | optimo et innocentissimo, cum quo per | annos XVI semper bona vita bixi, de parvula | mediocritatem nostram digno feci, omnium | hominum sodalicii magister et hortator, | mire bonitatis et innocentie omo. Depositus | XVII kal. Aug.; hic artifex artis tessalarie<sup>1</sup> | lusorie.

*Romae (VI 9927 semel descripta saec. XVII). — 1) Tessellariae.*

**7756**

hoc hoc sepulcrum respice,  
qui carmen et Musas amas,  
et nostra communi lege  
lacrimanda titulo nomina.

5 Nam nobis pueris simul  
ars varia, par aetas erat.  
Ego consonanti fistula  
Sidonius acris perstrepens

Hoc carmen, haec ara, hic cinis  
10 pueri sepulcrum Xantia[e] es[*l*],  
qui morte acerba raptus est,  
iam doctus in compendia  
tot literarum et nominum  
notare currenti stilo,  
15 quod (*sic*) lingua currens diceret.  
Iam nemo superaret legens,  
iam voce erili coeperat  
ad [*om*]ne dictatum volans  
aurem vocari<sup>1</sup> at proximam.  
20 Heu morte propera concidit  
arcana qui solus sui  
sciturus . . .<sup>2</sup> domini fuit.

*Coloniae Agrippinae, rep. a. 1645 in ecclesia S. Ursulae, ubi denuo prodit anno 1901, litteris tertii potius vel quarti, quam secundi p. Chr. saeculi (Brambach 323; Klinkenberg ann. Bonn. 408/9, 1902 p. 440, Archiv f. Stenographie 1903 p. 3 cum tab.; vidi imaginem photographiam). Buecheler carm. epigr. 219. Carmen sepulcrale Xanthiae notarii vv. 9—22; postea litteris aliquanto minoribus additum similis carminis de Sidonio, qui conservus Xanthiae fuerat, principium. Tractavit O. Rubensohn Archiv f. Stenographie 1901 p. 2 et nuper ibid. 1905 p. 404 seq. — 1) Sic apographum antiquum; . . . ogari videtur esse in imagine photographica. — 2) Spatium vacuum (crucem hoc loco exhibet qui descripsit saec. XVII Crombach, quae picta tantum videtur fuisse sc. a Christianis qui lapidem adhibuerunt).*

*Conferendum est carmen Ausonii 'in notarium' (Auson. epigr. 414): Puer notarum praepetum sollers minister, advola etc.*

7757

memoriae | Praetoriani | fili  
dulcissi|mi homini | inge-  
niosis|simo, nota|rio, v. an.  
XVII | m. VIII d. XVII,

memoriae | Primae | filiae  
dul|cissimae | v. an. VIII  
m. V, | decessit V kal. |  
Sept. a. p.<sup>1</sup> CLXXVII<sup>3</sup>

Romae decessit XV k. Nov. a. p.<sup>1</sup> CLXXXVI<sup>2</sup> Maurusius filis.

*Sitif* (VIII 8301 vidit Wilmanns). — 1) Anno provinciae. — 2) A. p. Chr. 225,  
3) 226 (cf. supra N. 6876 not. 2).

7758 Alexandro filio piissimo, | mirae verecundiae singulari | in-  
nocentiae castitate integ|ro, notarum litteris erudito, | qui vixit ann.  
XVII, Sabbatia | mater ad ultimum vitae | deflens exitum fili, | et  
sibi fecit.

*Concordiae* (V 8722 vidit Mommsen).

7759

d. m. s. | P. Caledius Rufus, Parcae quos tribuerent, |  
ter quinos bis singulos peregi annos. |  
Ingenio non humili, quo gratus apud magistros fui, |  
qui dixi scribsi pincsi bene |  
puer doctrinae aequae dedidi mentem, |  
nam bis septenos cum agerem annos, |  
notas Graecas quis in comm[atib]us m... |  
Graeco . . . . . fices |

(*reliqua nimis lacera*).

*In provincia Byzacena loco dicto el-Khima* (VIII 724 cf. 42133 viderunt Wil-  
manns et Cagnat). Buecheler 4612.

7760 [d.] m. s. | Hapateni | notariae | Grece, que | vix. ann. XXV, |  
Pittosus fe|cit coniugi | dulcissime.

*Romae ad viam Tiburtinam rep.* (VI 35892 = *Notizie degli scavi* 1890 p. 15).

*Alii notarii supra N. 3412. 3710. 7402. Servi Augustorum notarii in sepul-  
creto Carthaginiensi* (cf. supra N. 1530) VIII S. 42620 seq. 42899 seq. — not. et lib.  
not. (*librarius notarius*) adscriptum in catalogo Caesariensi Bull. du comité archéol.  
1900 p. CLI.

7761 d. m. s. | M. Damatius | Urbanus | summarum arti|um libera-  
lium, | litterarum studiis | utriusq. linguae | perfecte eruditus, | optima fa-  
cundia | praeditus, v. a. XXII | d. VII, h. s. e., VIII k. Octobr. | a. p.<sup>1</sup>  
CLXXX<sup>2</sup>. | M. Damat. Felix pater pius | fecit.

*Sitif* (VIII 8500 vidit Wilmanns). — 1) Anno provinciae. — 2) P. Chr. 229.

7762 ♂ Domitio | Rufino ma|gistro libe|ralium litte|rarum, homi|ni  
bono, | v. a. LXXV.

*Tigzirt in ora Mauretaniae* (Gsell Bull. du comité des travaux histor. 1896  
p. 248).

7763

qui cum, dum<sup>1</sup> haberet clausam in castello<sup>2</sup> anim[u]lam  
mortalem, ad superos licitum est, [f]initam ad diem

p[a]rce | pudensque vixit omni tempore,  
Auruncus era[t], Fu[r]ius erat<sup>3</sup> nomine |

5 magister ludi litterari Philocalus,  
summa quom castitate in | discipulos suos,  
idemque testamenta scripsit cum fide,  
nec | quoiquam pernegavit, laesit neminem.  
Ita [de]cucurrit vitam | fidus sine metu.

10 Eius ossa nunc hic sita sunt posita a centuris<sup>4</sup>.

(*vir sedens in solio, pugillares, ut videtur, tenens; ab una parte  
puer item pugillares qui videntur tenens, ab altera parte puella*).

*Neapoli, Capuae ut videtur rep. (X 3969 viderunt Mommsen et Zangemeister;  
primus legit Nissen). Buecheler carm. epigr. 91. — 1) Scribere debuit: dum cum  
(Buech.). — 2) Corpus castellum, sc. animae, dici putat Vischer Herm. 2, 15, con-  
ferens Ps.-Plat. Axioch. p. 365E: ψυχῆ, ζῶον ἀθάνατον ἐν θνητῶ καθειργμένον  
φρονεῖν. — 3) Centonem arguit iteratum: erat (Bue.). — 4) Quoniam centuriae  
intellegantur, obscurum.*

**7764** (*protome viri, sin. globum [?], dextr. volumen tenentis. A sinistra ta-  
bella, in qua scriptum*) M. C. B. | B. C.<sup>1</sup>

artis grammatices | doctor morumq. mag[is]ter, |  
Blaesianus Biturix, M[us]arum semper amator, |  
hic iacet aeterno devi[n]ctus membra sopore.

*Apuđ Lemovices (Limoges) (XIII 1393 vidit Hirschfeld). Buecheler carm.  
epigr. 481. — 1) M. C. . . . Blaesianus, Biturix Cubus?*

**7765** d. m. L. Ael. Caer[iali] magistro | artis gramma[ticae], L. Ael.  
Aeli[anus] libertus | pat. ben. merito, | vixit ann. LXXXV.

*Saguntī (II 3872 vidit Huebner).*

**7766** d. m. s. | Domitius Isquilius | magister gramm. | Graecus,  
annor. | CI | h. s. est, s. t. t. l.

*Cordubae (II 2236 aliquoties descripta saec. XVI ad XVIII).*

**7767** (*ascia*) d. m. C. | Gord. Maxi[miano] art[is] gramma[ticae] Graecae  
peri[tissimo] Q. Fl. | Helenus ami[co] inconpa[rabili].

*Doctae (III S. 12702 cf. 13822 descr. Munro Archaeologia 33, 1896 p. 81).*

**7768** [d.] m. | Aemilius Epictetus sive Hedonius, grammaticus |  
Graecus, Primaniae [I]anuariae con. | sanctissimae defunctae et sibi  
vivid fec.

*Treveris (Brambach 801 semel descripta).*

**7769** M. Mettius | Epaphroditus<sup>1</sup> | grammaticus Graecus. | M. Mettius  
Germanus l. fec.

*Romae in aedibus Altiorum, sub statua viri sedentis manu sinistra volu-*



*men tenentis (VI 9454 vidit Bormann). — 1) Fortasse is de quo Suidas s. v. Ἐπαφρόδιτος. Cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 372, 403.*

*Grammatici Latini, supra N. 6729. V 5455. VI 9455; gramm[at]icus Latinus cui res [p.] Tr[ic]i[en]sium an. haben. XXV [s]a[lar]. (traditur raiar.) con[s]titu[it] in titulo non bene descripto II 2892. — Decurio Beneventanus, grammaticus supra N. 6497. — Alius supra N. 1848.*

**7770** grammaticus léctorque fui, | set léctor eorum  
móre incorruptó qui placuere sonó.  
coiugis | exiguó<sup>1</sup>, natae pietate sepultus |  
hóc Marius Fidens contegor á tumulo. |

v.<sup>2</sup> Maria Didyme, Maria Achelois, | vivit. |

Te, lapis, opttestor (*sic*), leviter super ossa residas.

*Romae (VI 9447 vidit Henzen). Buecheler carm. epigr. 1012. — 1) Sc. tumulo. — 2) Vivit.*

**7771** Derceto<sup>1</sup> Aureliae | virginis<sup>2</sup> | lectrix<sup>3</sup>, | ann. vicensumum |  
exsigens | misera occidi. || Sabina C. l. | Helena, | vixit annos XVI.

*Romae rep. inter vias Salariam et Pincianam (VI 35473 = Notizie degli scavi 1899 p. 78). — 1) A dea Syria sumptum nomen. — 2) Vestalis ut pulo. — 3) An(a)gnostria est VI 34270, alia ut videtur VI 35830.*

**7772**

Terentius Sabinianus<sup>1</sup> fons<sup>2</sup> et came|na litteris,  
sapi|endo opimus et di|cendo splendidus. |  
Hoc praeter ceteros | etiam Hippo dicti[ta]t |  
Diarrytos<sup>3</sup>, ubi magis|ter praestans floruit |

5 vixitque numerum | in se de analogia (*sic*)<sup>4</sup> | Pythagorae prima rium<sup>5</sup>.  
P.<sup>6</sup> v. a. XXXVI. | H. s. e.

*Thuggae (Revue arch. 1892 vol. 20 p. 598 n. 121 Cagnat vidit ectypum; Lafaye bull. des antiquaires de France 1894 p. 72). Buecheler carm. epigr. n. 107. — 1) Cognomen tollendum, ut recte procedat versus. — 2) Cf. supra N. 2937. — 3) Cf. N. 6782. — 4) Verba in se de anol. et sententiae et versui impedimento. — 5) Scilicet, ut subscriptum est, annos triginta sex. Cf. Plut. de animae procreat. p. 1027E: ἡ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν Πυθαγορικῶν ἔμνομένη τετρακτύς, τὰ ἕξ καὶ τὰ τριάχοντα; id. de Isid. et Osir. (c. 75) p. 581E. — 6) Pius.*

**7773** d. m. | M. Romani Iovini | rhetoris eloquii Latini. |

Conditus hac Romanus | est tellure Iovinus<sup>1</sup>, |  
docta loqui doctus | quique loqui docuit.

Manibus infernis | si vita est gloria vitae, |  
vivit et hic nobis | ut Cato vel Cicero. |

M. Iunius Severus et | Romania Marcia | heredes bene merenti | fecerunt.

**7773<sup>a</sup>** d. m. | M. Romani Iovini | Restituti<sup>1</sup>.

Restitutus hoc infelix | tegitur in tumulo puer |  
socius parente<sup>2</sup> gemino | tumuli foedere. |

M. Iunius Severus et | Romania Marcia | heredes bene merenti | fecerunt.

*Prope Romam rep. ad viam Praenestinam (VI 35904. 35905 vidit Zange-  
meister). Buecheler arm. epigr. n. 1251. 105. Carmina ab Alexandri Severi vel  
Gordiani aetate non abhorreere putat Buecheler. — 1) Carmina lineola interiecta  
dirimuntur ab iis quae praecedunt in lapide et ab iis quae sequuntur. — 2) Scr.  
parenti.*

**7774** d. m. s. | Q. Publici|us Aemili|anus rhe|tor natio|nem Afer. |  
vixit an. | XLVII menses | VIII dies VII ho|ras noctis V.

*Prope Salonas rep. (III 2127<sup>a</sup> cf. p. 1509 Mommsen vidit ectypum).*

**7775** L. Acutio | Artemido|ri f. Truphoni | rhetori, | Cecrops,  
Amphio | liberti.

*Pisauri (XI 6392 vidit Bormann).*

*Flavius Magnus vir clarissimus, rhetor urbis aeternae, supra N. 2951. —  
Alii rhetores VI 9837. XIV 4201.*

**7776** Q. Aelio | Egrilio | Euareto | philosopho, | amico Salvi | Iu-  
liani<sup>1</sup>, Aelia | Timoclia uxor | cum filis.

*Wesseling (inter Bonnam et Coloniam) ad Rhenum, rep., est Bonnae (Bram-  
bach 449 qui vidit). — 1) Intellegitur Salvius Iulianus ceber iuris consultus, quem  
Germaniae inferiori praefuisse nuper docuit titulus eius Africanus, quem infra  
dabimus inter Additamenta.*

**7777** Ti. Claudio | Paullino | philoso|pho hero<sup>1</sup>.

*Antiochiae Pisidiae (III 502. III S. 6850 descr. Sterrett). — 1) Fortasse: ἤρωι.*

**7778** d. m. s. | Iulio Iuliano | viro magno, phi|losopo (sic) primo. |  
Hic cum lauru (sic) fe|ret Romanis iam | relevatis,  
reclu|sus castris inpi|a morte perit<sup>1</sup>.

*Prope urbem ad viam Latinam rep. (VI 9785 vidit Kiessling). Buecheler  
arm. epigr. n. 1542. — 1) Captus et occisus esse videtur, cum Romanis obsidione  
liberatis extra urbem processisset ad laurum petendam victoriae celebrandae causa,  
fortasse obsidione Galerii a. p. Chr. 507 (de mortibus pers. 27; anon. Vales. c. 7;  
Victor Caes. 40, 8. 9. 16; Zosim. 2, 10) (Momms.).*

**7779** C. Tutilio Hostiliano | philosopho | Stoico, | domo Cortona, |  
patri optimo, | C. Tutilius Iustinus | filius, | Tutilia Quinta, Tutilia Quarta |  
filiae.

*Romae (VI 9785 vidit Henzen). — Alius philosophus Stoicus VI 9784. Ficti-  
cius est titulus L. Iunii Rustici (vel Fuffici) philosophi stoici Orell. 1190 = C. I. L.  
VI 3, 2135\* (quem non recte tuetur Studniczka Festschrift für O. Hirschfeld  
p. 415 seq.).*

**7780** Εὐκρατίδας Πεισιδάμου | Ῥόδιος, | φιλόσοφος Ἐπικού-  
ρειος, | τὸν τόπον τῆς Βρενδεσίνων<sup>1</sup> βουλῆς | εἰς ταφὴν ψηφισα-  
μένης. | Eucratidas Pisidami f. Rhodius, | philosophus Epicurius. | L. p.  
d. d. d.<sup>3</sup>

*Brundisii (IX 48 Inscr. Gr. Sicil. 674 ter ut videtur descripta saec. XVI). —*

1) *Apographa variant inter Βρενδεσίλων, Βροννδεσίλων, Βρονντεσίλων.* — 2) *Locus publice datus decurionum decreto.*

*Ficticius est titulus philosophi Epicurei Orell. 1192 (= VI 5, 2360\*).*

**7781** Stallius Gaius has sedes Hauranus tuetur |  
ex Epicureio gaudivigente choro.<sup>1</sup>

*Neapoli rep. loco antiquo, in sepulcro prope ecclesiam S. Mariae della Sanità, iam Florentiae (X 2971 viderunt Mommsen et Bormann; cf. M. Ruggiero scavi nelle province di Nap. p. 12 seq.). Buecheler carm. epigr. n. 961. — 1) Hauranum philosophiam publice professum esse, ut ii qui praecedunt, quamquam ex hoc epigrammate minime colligi potest, tamen titulum hoc loco proponere placuit.*

**7782** Aulus Palateina Egnatius Priscilianus, |  
arte super gemina nobilis es<sup>1</sup> sophia<sup>2</sup>.  
dum | vixi, didici, quae mors quae vita homini esset, |  
aeterna unde animae gaudia percipio.

*Romae ad viam Latinam rep. (VI 11034 vidit Henzen). — 1) Cf. N. 7891. 7892 not. — 2) Cf. N. 7891 not. 1. — 3) A. u. c. 748.*

**7891** M. Fabi Felicis cur. | cum M. Aemilio | Chresto | monumentum ex | pecunia sociorum | XXXVI fecerunt | rat. par.<sup>1</sup> sor. II loco XXVII<sup>2</sup>.

*Romae rep. a. 1599 in via Latina in aedícula subterranea repleta ollis, deinde in Belgium missa (VI 11035 cf. 54056 aliquoties descripta saec. XVI. XVII). — 1) Rationibus paratis, cf. N. 7890. — 2) Cf. N. 7892.*

**7892<sup>a</sup>** P. Sonti. D. l. Philostorgus sors I loco III.

<sup>b</sup> P. Sontius D. l. | Philostorgus | sors II loco XIII.

<sup>c</sup> P. Sonti. D. l. | Philostorgus | sors III loco XIII.

<sup>d</sup> P. Sonti. D. l. | Philostorgus | sors IV loco XXXVI.

<sup>e</sup> P. Sonti. D. l. | Philostorgus | sors V loco XXIII.

*Romae (prima Londinii, sed Roma sine dubio ablata), repertae videntur ibi ubi N. 7891, quamquam id de sola quinta traditur (Jahrbuch des deutschen archaeol. Inst. 1901 p. 160; VI 11030—11035 secundam tertiam quartam vidit Delfsen, quintam una cum N. 7891 vidit Zar. Castellinius). Una cum quinta prodierunt similes complures inscriptiones C. Rabirii Fausti (VI 11044—11048). Omnes, itemque alias nonnullas inscriptiones similes (VI 11056 seq.) pertinere ad monumentum sociorum triginta sex memoratum N. 7890 coniecit Gatti Bull. comunale 1882 p. 14 seq. — Videntur in hoc monumento non ollae continuae (VI 5015. 15723) vel continentes (infra N. 7900 seq.) sociis adsignatae esse, sed ollae divisaе esse in sortes quinque, ut singulis ex singulis sortitionibus singulae ollae evenerint (Momms. C. I. L. VI p. 1457; cf. etiam Gatti l. c. p. 3 seq. Samler apud Pauly-Wissowa Realencyclopädie der klass. Alterthumswiss. s. v. Columbarium II p. 601).*

**7893** . . . . . | sibi et suis | A. Fabius A. l. | Philargurus<sup>1</sup> | curator terti. | ex sortitione (*sic*) | ollas sex, et | emtas ollas | duas de Cn. Co|rnelio Flix (*sic*) ex | sort. prim., et a. s.<sup>2</sup> | L. Maclonio Sabine.<sup>3</sup> | ex sorte ter. olla. d.<sup>4</sup> | C. Vetienus C. l. Phila|delpus<sup>1</sup>, Vetiena | C. l. Nyissa a. m.<sup>5</sup>

*Roma sine dubio Bononiam adlata (VI 10329 vidit Zangemeister). — 1) Idem*

*homines VI 33969.* — 2) *Amico sanctissimo.* — 3) *Sabinensi.* — 4) *Dedit.* — 5) *Amico merenti.*

**7894** D. Veturi D. [l.] Secundionis | ex sortitione ollas | ossuarias VII s.<sup>1</sup>

*Romae, rep. dicitur in monumento N. 7899 (VI 55265 vidit Fabrettius).* — 1) *Septem et dimidiam, intellegit Fabr. qui inde collegit 'dividuas fuisse ollas', parum probabiliter.*

**7895<sup>a</sup>** ex sorte C. | Iuli Anterotis, | quem dedit | Fuficiae Primae. | Ex s[orte Ti.] | Claudi Chr. . . . | Lib. lib. p. e.<sup>1</sup>

**7895<sup>b</sup>** Sulpicia | Q. f. Recepta, | oll. dedit | Ti. Iulius Epictetu. (sic). | C. Iulio | Syntropho, | oll. dedit | Ti. Iulius Epictet. | ex sorte sua.

*Romae in monumento erudrato in vinea Codiniorum a. 1852, noto sub nomine columbarii viae Codinae tertii, de quo egit Henzen ann. inst. arch. 1856 p. 18, C. I. L. VI p. 959 seq. (VI 5242. 5290 vidit Henzen).* — 1) *Posteris eorum.*

*Multos alios titulos eiusdem monumenti dedimus iam supra N. 1514. 1588 cet. (cf. ad N. 1588).*

**7896** M. Antonius M. l. | Philomusus, | Pompeia Cn. l. Zosima | sibi et suis ollaru | decem sepulchrum | partem tertiam decumam emit ab sociis | XII.

*Romae in sepulcro quodam ad portam Praenestinam rep. (VI 6130 vidit Henzen).*

**7897** M. Ampius D. l. Romanus, | Octavia D. l. Oiumphia | hoc monumentum et | ustrinum ex p. XVII<sup>1</sup> mi | et meis, ollas VIII<sup>2</sup>.

*Roma sine dubio Neapolim allata (VI 11576 vidit Mommsen).* — 1) *Ex parte decima septima.* — 2) *Monumentum ollas CLIII habuisse credendum est (Henz.).*

**7898** ollas VI et iure quod | ceteris socis<sup>1</sup>, emit C. Plotus | C. l. Faustus aerar. | de P. Oppio P. l. Anterote, | quod fuit iuris M. Herenni M. l. | Agathonis.

*Roma sine dubio Florentiam allata (VI 9155 vidit Henzen).* — 1) *Intellege: ollas sex et ut eo iure esset quo sunt ceteri socii (Momms.).*

**7898<sup>a</sup>** . . asia Q. l. Fausta et Furia D. l. Ter[tia] | ejuerunt locum ollarum XV af | Lucretia Sp. f. Rufa. Sum.<sup>1</sup> ollarum | superius et inferius n. XXX.

*Romae (VI 17780 vidit Dellefsen).* — 1) *Summa.*

**7898<sup>b</sup>** A. Fabius Euphemus et Antonia | Nice emerunt sibi et Fabiae Cyrrillae filiae et C. Oppio Lesbio ollas n. XI ab titulo usque ad ostium | in introitu parte sinisteriori | ab paimento hordini secundo columbaris n. V, libertis libertab. q. | posterisque eorum. Hae ollae | [h.] n. s.

*Romae (VI 17524 descr. saec. XVII Fabrettius).*

**7899** Q. Caecilius Q. l. | Primus emit in | monumento palangarioru<sup>1</sup> | in agro Fonteiano, quod est | via Aurelia in clivo rutario, | parte sinistiore collumbaria n. X ollarum | n. XXXX, sibi et || Caeciliae Q. Q. l.<sup>2</sup> Attice | coniugi suae et | Q. Caecilio Successo l. suo | et Q. Caecilio Fructo l. suo, | et libertis libertabus | suis posterisque eorum. | Haec colubaria (*sic*) et ollae || alio nomine | neminem sequentur | et ita ut area quae | ei cedit monumento | comm.<sup>3</sup> upi (*sic*)<sup>4</sup> liceat et | sacrificium facere.

*Romae ad viam Aureliam rep. in monumento, de quo egit Fabrettius inscr. p. 10, nunc Urbini (VI 7805 cf. p. 5452 vidit Bormann). — 1) Phalangarii memorantur etiam VI 4785 (= Henzen 5089). — 2) Duorum Quintorum libertae. — 3) Communiter. — 4) Scr. uti.*

**7900<sup>a</sup>** M. Aemilius M. l. Anteros decurio | primus, ollas habet continentes | VI. M. Aemilius M. l. Aescinus. | Aemilia M. l. Simene. | M. Aemilius M. M. l. Gihllo (*sic*).

**7900<sup>b</sup>** P. Numicius P. l. Berullus | dec. habet ollas continentes VI primus, | sibi et suis. | Afraia C. l. Italia.

**7900<sup>c</sup>** Anoptes | Numici, ollas III | continentes.

*Romae olim ibi ubi N. 7889, fortasse rep. cum N. 7899 (VI 40558. 40578. 53264 descr. Fabrettius, tertiam Bononiae vidit Bormann).*

**7901<sup>a</sup>** [L. Abuccius] Ner[e]us<sup>1</sup> | et Abuccia Pieris<sup>1</sup> | porticum scamna | mensas collibertis | suis sua pecun. d. d.

**7901<sup>b</sup>** L. Abucci Myronis | hoc ordine ol. III, | columbario I et II.

**7901<sup>c</sup>** L. Abuccius Hermes in hoc | ordine ab imo ad sumum | columbaria IX ollae XIX | sibi posterisque suis. | L. Abucci L. l. Severi.

**7901<sup>d</sup>** L. Abucci Casti, Abucciae Aurae, | L. Abucci Maximi, Abucciae Hedone | col. VIII ollae n. XVI linia perpetua.

**7901<sup>e</sup>** L. Abuccius Bathyllus | linia perpetua ad | summum ol. XVI.

**7901<sup>f</sup>** L. Abuccius Phileros | sibi et Heroini l. suae posterisque eor. | et sub scala ollas VI | linia perpetua ad summum ol. XVI.

**7901<sup>g</sup>** L. Abuccius Hermes | sibi et | Tyche l. suae, | ab titulo susum ol. XIX.

*Romae olim in aedibus privatis, ex eodem sine dubio sepulcro ablatae (VI 8417. 8453. 8422. 8425. 8424. 8425. 8469 cf. p. 3455 omnes descr. saec. XVII Gudius, postremae partem in museo Vaticano vidit Henzen). — 1) Idem homines VI 8448. 8449.*

**7902** P. Naevius Donax | sibi et suis | linia I ollas num. VI | emp. de Ampudio Cariton.

*Romae, iam Bononiae (VI 22826 vidit Bormann).*

**7902<sup>a</sup>** A. Dulpius A. l. Cerdo | in viridiar. ollas tres | continentés, in monum. ollas VI.

*Romae, iam Urbini (VI 47075 vidit Bormann).*



**7902<sup>b</sup>** L. Clodius Eros | sibi et | Paschusae f. suae, | vixit an. XVI, | ol. II continent. supr. limen.

*Romae, iam Parmae (VI 13729 vidit Bormann).*

**7903** M. Antonius | M. I. Euphranor, || Aurelia D. I. | Chelido | ollas inferiores interiores II . . .

*Roma sine dubio Oronium allata (VI 11988 vidit Haebner).*

*De ollis interioribus, quales videntur extare in columbario tertio vineae Codiniae, cf. Samter apud Pauly-Wissowa Realencyclopädie IV p. 596, 45.*

**7904<sup>a</sup>** L. Sutorius L. I. | Diogenes, | ollas superior. IIII infer. II.

<sup>b</sup> L. Sutori L. I. Diogenis | ollae superiores II | inferiores IIII.

*Romae rep. in vinea Codinia, nunc in Sicilia (VI 5723, 5724 vidit Mommsen).*

**7905** M. Verrius M. I. Epagatus | emit ollas superiores II | inferiores (sic) II se contra<sup>1</sup>, | I<sup>2</sup> donavit I. suo | M. Verrio M. I. Philoxen[o].

*Romae (VI 28398 vidit de Rossi). — 1) Id est: e regione suarum. — 2) Unam. — Adde N. 7624.*

**7906** dis mánibus | M. Vinici Secundi, vixit annis | XXXX, occupávit ollás duas. | Fécit Procula uxor coniugí | bene merenti.

*Romae (VI 28965 vidit Henzen).*

**7907** Cn. Corneli | Acuti, | columbaria II | ollae IIII et | in podio olla I.

*Romae in vinea Codinia, cf. ad N. 7877 (VI 5555 descr. Codini).*

**7908** C. Avillio Lescho | Ti. Claudius Buccio | columbaria IIII, oll. VIII, | se vivo a solo ad | fastigium mancipio | dedit.

*Romae, iam Urbini (VI 12905 vidit Bormann).*

**7909** Abennia | Symposio. || Iulia Ti. Caesar. | Aug. I. Iconio. A. Turranius Synethus locu | dedit Iconioni sorori suae | ab imo ordine sumo ollas VI.

*Romae (VI 10449 vidit Dellefsen).*

**7910** Attidia Elena | legat ollas II | C. Valerio C. I. Hilario | et Valeriae C. D. I. Crestijne.

*Romae (VI 12743 vidit Henzen).*

**7911** C. Naevio Philotimo et | Corneliae Semele | ollas II HS n. I<sup>1</sup> dedit.

*Romae (VI 22859 Henzen vidit imaginem photographiam). — 1) Cf. N. 7912 not. 2.*

**7912** d. m. | M. Herenni | Proti, v. a. XXII | m. II d. V, fecerunt parentes | M. Herennius Agricola et | Herennia Lacena (sic) filio. | Chirographum<sup>1</sup>: ollaria n. IIII, | cineraria n. IIII intransibus parte laeva, que (sic) sunt in monumento | T. Flavi Artemidori, quod est via | Salaria in agro Volusi Basilides (sic) | ientibus (sic) ab urbe parte sinistra, do-

nationis causa mancipio accepit | M. Herennius Agricola de T. Flavio | Artemidoro  $\bar{\text{II}}\text{S}$  n. 1<sup>2</sup>, libripende M. | Herennio Iusto, antestatus est Ti. | Iulium Erotem, inque vacuum | possessionem earum ollarum | et cinerarium T. Flavius Arte|midorus Herennio Agricole (*sic*) ire | aut mittere ossaque inferre per|misit, sacrumque quotiens face|re vellit Herennius Agricola | heredesve eius permisit, clavisve (*sic*)<sup>3</sup> | eius monumenti potestatem factu|rum se dixit, dolumque malum | huic rei abesse afuturumque | se<sup>4</sup>. Haec recte dari fieri praestari|que stipulatus est M. Herennius | Agricola, spepondit T. Flavius | Artemidorus. Act.<sup>5</sup> XVIII k. Ianuar. | C. Calpurnio Flacco L. Trebio | Germano cos.<sup>6</sup>

*Romae rep. extra portam Salariam, est Londinii (VI 4024 vidit Huebner).*  
— 1) Cf. VI 44949: chiro|grapho continetur. — 2) *Sestertio nummo uno (cf. supra N. 7343).* — 3) *Scr. clavisque.* — 4) *Scr. esse.* — 5) *Actum.* — 6) *Par consulum praeterea ignotum (alter videtur memorari Dig. 29, 5, 14).*

**7913** dis manibus | Publiliae Philetus C. | Publius Philetus pater | locum in quo posita est et | columbaria XII, in quibus | ollae virgines n. XXIII in | manibus<sup>1</sup> in monumento pariet. | sinisteriori, ita ut mancipatio | continet, et sibi et suis posterisq. | eorum.

*Romae (VI 23192 fortasse semel tantum descripta saec. XVII).* — 1) *Non intellegitur.*

**7914** C. Tull. Erotis | circa aediculam | ollae numero XXIII, | quae sunt operculis | et titulis marmoreis, | item hoc pariete ollae | numero XIII, quae | sunt operculis et | titulis marmoreis | . . . pro parte III<sup>1</sup> | [*fiunt ollae numer*]o XXXVII.

*Romae ut videtur rep., est Aquilae (VI 27731 vidit Dressel).* — 1) *Quarta.*

**7915** d. m. | Blastus Aug. lib. tabul|arius fecit aedias | tres in-  
trantibus dext|eriere parte a pariete iunctas duas et terti|a, in qua titulus fixus est s[*i*]bi et | suis l. libertabusq. posterisq. | eorum.

**7916** M. Aemilius Flaccus | vendidit L. Aurario | Philagro ollas duas | gradu tertio ab imo.

**7917<sup>a</sup>** Sotericus arc. | Aug. Caes. Lucer.<sup>1</sup> | empt. de Pinaro Rufo<sup>2</sup> | ol. quae fuit Porci | Philargyri.

**7917<sup>b</sup>** Q. Dellius Q. l. | Rufio — Dellia | Nebris v. a. XIX<sup>3</sup> — | emit de L. Pinaro | Rufo<sup>2</sup> quod fuit iuris L. Viriasi | Lali.

**7917<sup>c</sup>** L. Veturi Zophrus (*sic*)<sup>4</sup>. | L. Pinarus Rufus | dedit ol. I quae fuit | L. Viriasi Lali.

**7917<sup>d</sup>** Q. Mudasenus Q. l. Eros | emit de L. Aufidio | Apollonio iuris | monumenti.

**7917<sup>e</sup>** L. Cornelius L. l. Regillus | ollam legavit | M. Valerio M. l. Frontoni.

*Romae in monumento columbariorum detecto in vinea Codini a. 1840, noto sub nomine columbarii viae Codiniuae primi (cf. ad N. 7879—7881), de quo cf. C. I. L.*

*VI p. 926 (IV 4889. 4893. 4884. 4940. 5045. 4985. 4950 vidit Henzen).* — 1) *Agnomen Soterichi.* — 2) *Idem Pinarius Rufus etiam VI 4902. 5044<sup>a</sup>.* — 3) *Haec litteris minoribus postea adiecta.* — 4) *Zophrus in litura repositum.*

**7918** . . . . | a . . . . . | XI k. Oct. | Q. Tedi<sup>us</sup> J. I. Germullus. | XVI k. Nov. | Oppia M. f., pariet. III col. II. |

Q. Iunio Blaeso L. Antistio Vet[ere cos.]<sup>1</sup>, | X k. Ian. | Sex. Campatius Sex. I. Eutactus | pariete II col. I. |

C. Fusio Gemino | L. Rubellio Gemino cos.<sup>2</sup> | III idus Mai., ossa inlata<sup>3</sup> | Luriae P. I. Aprilis | pariete II col. III.

*Romae rep. ad viam Appiam (VI 40293 vidit Henzen).* — 1) *Consules suffecti videntur fuisse mens. Nov. et Dec. a. p. Chr. 28, cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 235 n. 480.* — 2) *A. p. Chr. 29.* — 3) *Cf. N. 7974.*

**7919** Félix M. Satelli Tychii | ser., vixit annis XVIII. | Huic Hygia Flaviae Antiochidis serva columbárium | cum ollis et titulo d. d. bene merito con|tubernali et Primigeniae f., quae vix. a. III. | Aulena Nebris hoc columbarium Hygiae d. d.

*Romae rep. in monumento (columbario) ad viam Nomentanam (VI 8022 vidit de Rossi).*

**7920** Sulpicia Ampliata | columbare et locum donav[it]t | Pinniae Nebridi | coniugi fili sui, et itu ambitu.

*Ostiae rep., est Romae (XIV 4650 vidit Bormann).*

**7921** d. m. | Herennuleia<sup>1</sup> A. lib. Primilla | donationis causa accepit | perpetuo ab Kákia C. liberta | Euhódia columbarium unum | ollas II intro euntibus parte dexteriore ollarium secundum. A. Herennuleius A. lib. | Speratus frater sorori | pientissimae.

*Ostiae rep., est Romae (XIV 4106 vidit).* — 1) *Apices interpunctionum vice fungentes omisi.*

**7922** [intran]tibus in | parte de|teriori | ubi cubi|culus es|t, aedificu|lla cu ollis et co|nditivo<sup>1</sup> | et colum|baris | n̄. II et | in front|e cubi|culi n̄. XI, | et solariu | et cubic|uli et vi|giliari<sup>2</sup> | partem | III<sup>3</sup>.

*Ostiae rep., est Romae (XIV 4868 vidit Bormann).* — 1) *Cf. infra N. 8115, 2) infra N. 8116.* — 3) *Quartam.*

**7923** intransibus monumento pars | dextera tota cum ollario inferior. | pertinet at Inventium Frontonem et Ma|riam et Flaviam C. f. Fortunatam coiugem, | libert. libertas posterosq. eor. omnes, | heredes sunt hoc sepulchro.

*Ostiae (XIV 4214 vidi).*

**7924** . . . . | T. Manli Eutychi | intransibus | triclinio parte | dexteriore columb. I.

*Ostiae rep., est Romae (XIV 4502 vidit Bormann).*

**7925** dis manibus | A. Fabio Stefano | Fabia Agathangelis | patrono suo bene | merenti fecit liber|tis libertabusque | suis posterisque | eo-

rum quot ets (*sic*) in|trantibus parte senex|tra: ollaria pilaria | contra alis alio n. IIII, et pariens medius p. Vsl.<sup>1</sup>

*Romae, iam Urbini (VI 47565 vidit Bormann). — 1) Fortasse scr. p. VSΞ (pedes 5<sup>3/4</sup>).*

### 7926

.....  
M. Statilius Mercuri|us<sup>1</sup> fecit sibi et Liciniae | Vitali coniugi karissimae | et Statilio Geniali | et Staliliae Primitivae | libertis meis et | libertis libertabusque meis | posterisque eorum | introitum exitum omnem|que rem possidere quod mihi | concessum est a T. Flavio Rufino<sup>1</sup> | in parte dimidia intrantibus | parte sinisterriore. In fronte | pedes XXXIII, in agro ped. XXX.

Euphrosyno | et Hercliano | ser. C. n.<sup>2</sup>, concessum | eis ab Flavio Rufino | in monumento | Iuniano quod est | iuris mei, intran|tibus parte dexte|ra, in triclinio | in quo pari|e]te sunt | ollae ossuaria | numero XIII, | et in triclia<sup>3</sup> sar|cophaga n. III, | quot cessi e|g]o | ambas partes et | Statilio Mercurio | et nominibus s. s.<sup>4</sup>

*In Portu Romano rep., deinde Romae (XIV 1636 descr. Settele auctor accuratus). — 1) Idem qui memoratur in titulo iuxta posito. — 2) Servis Caesaris nostri. — 3) Cf. N. 8118. — 4) Supra scriptis (intellege Euphrosynum et Herclianum).*

*Similes tituli bipertiti (ad partem sinistram et dextram monumenti pertinentes) complures Ostiae et in Portu reperti: supra N. 6179. XIV 416 cel. (cf. XIV p. 602).*

**7927** dis man. | Ragoniaes Primitives | et Ragonia Queta sibi et | Q. Mantio Agathemero | coniugi et libert. libertabus | posterisq., aedicla que est con|tra ostiu cum olas n. IIII et ante aed|icla l. p. V, lat. p. III.

*Romae (VI 25559 vidit de Rossi).*

**7928** . . . . . | emit sibi et Rutiliae Helpidi coniugi et Rutilia|e] | Crispinillae f., lib. libertabusque posterisq. eorum | aediculas IIII columb. IIII, et in solo ante aedic. in fronte | ped. IIIIS cum eo quidquid in p. quadr. part. interiori continetur.

*Romae (VI 25677 semel descripta saec. XVIII).*

**7929** aediculam cum ollis ossuaris, ita uti in | aediculam (*sic*) sunt, C. Lucei Phyladis l. Felic|is<sup>1</sup> geruli<sup>2</sup> emit de D. Laberio Paeti et Epaphrod|iti l. Fausto in monumento C. Lucei Bithi l. | Fausti coactoris a portu vinario<sup>3</sup> et D. La|beri Paeti l. Epaphroditi<sup>4</sup> a portu vinario | cum intro in monumento eorum eas e regione osti | parietis medi aediculam cum ollis ossuaris sibi et suis superisque.

*Romae (VI 9189 fortasse semel descripta). — 1) Videtur requiri casus primus. Ceterum alios quoque errores in titulo inesse apparet. — 2) Cf. supra N. 4940. — 3) Cf. N. 7504. — 4) Fortasse excidit: coactoris. — Adde N. 7755<sup>a</sup>.*

**7930** [A]fricanus Aug. verna | [*idem*?]<sup>1</sup> qui et supra aediculam | [cu]m cancellis et ornamentis | [ae]reis et hydriam onychinam | [si]bi et suis posterisque eorum | de suo se vivo fecit.

*Romae in monumento in quo N. 7893<sup>a</sup>. 7895<sup>b</sup>, sed titulus postea additus (VI 5306 vidit Henzen).* — 1) *Supplevit Mommsen, referens ad Africanum Augusti servum qui memoratur VI 5305.*

**7931** d. m. | Q. Cāulió Carpó et Cāuliáe Trophime | et lib[er]tis libertabusq. posterisq. eorum. | Ad hanc aediculam ollarum n̄. VI, et columbar. | iuxta (*sic*) aedicul. n̄. VI ollar. n̄. XII, et angul. parietis | columb. n̄. III ollar. n̄. VI, itus aditus ambitus, tricl. | culinae usus aquae hau-riend. concessus est<sup>1</sup> | Q. Caulio Carpó ab Sex. Horatió Diadumeno.

*Romae (VI 44614 vidit de Rossi).* — 1) *Cf. N. 8356—8365.*

**7932** d. m. s. | N. Fadius Hermes et Fervenia Restituta cum Fadis fil. | suis Iambo, Festo, Fructo et Conflonia Fortunata | fecerunt sibi et suis lib. libertabusq. posterisq. eor. | Ad has haediculas et ollas itum aditum ambit. et | haustum praestari debetur, in fronte comprehensis | aediculis tribus ped. octo, introrsus ped. duo, | in quibus aed. et columb. <et cineraris><sup>1</sup> olla sunt n. XXIII (*In parte aversa alius titulus*).

*Romae ad viam Appiam rep. (VI 47655 vidit Henzen).* — 1) *Haec scripta in versu sequenti, a scriptore ut videtur primum omissa.*

**7933** Claudia Prepusa emit de L. Calpurn. | Sperato et Nonia Fortunata | sibi et Successo imp. Vespasiani | Caesaris ser. Octaviano coniugi | suo !!!!!!!!!!!!!<sup>1</sup> | eius posterisque suis parietem hunc, | in quo sunt oll. LXV, et a pariete | pavementum lat. p. IΞ<sup>2</sup>, cinerar. et | aedicul. lat. p. Is.

*Romae, nunc Potsdam (VI 45551 vidit Huelsen).* — 1) *Nonnulla erasa.* — 2) *Latum pedem et quadrantem.*

**7933<sup>a</sup>** in hoc pariete quae sunt | columbaria totius parie[tis] sive ollaria usque ab | terra ad camaram, et ante | aediculam ossuarium | Ofilliae Myrtidis, iuris | sunt mihi et meis poste[risque] eorum, quorum | honoris causa compa[ravi].

*Romae rep. (VI 25400 vidit Henzen).*

**7933<sup>b</sup>** L. Hostilius Fortunatus | sibi et | Hostiliae Ianuariae filiae, | item libertis libertabusque suis | posterisque eorum fecit. | Exterae familiae aditus non datur, | nec iure quis in hoc monumento | ollas emet.

*Romae (VI 19652 descr. saec. XVII Fabrettius).*

**7934** Gatta Marcanus et Arista | mamana<sup>1</sup> donarunt monumen[tum] lucandum<sup>2</sup> post nostram mortem | exceptis ollis duabus. Hoc ut fier[e]t [di]ligenter<sup>3</sup> et quibus ollas donavi | reddantur, et ut tueantur illi qui- bus ollas donavi, monumentum | meum L. Potillo<sup>4</sup> Epaphrodito et Pellia<sup>5</sup>. L. l. [P]sycheni: non vendidi | sed donavi: hoc ita convenit s. d. m.<sup>6</sup>

*Romae* (VI 54002 descr. Helbig cf. Mommsen stren. Helbig. p. 198). — 1) *Mamma?* — 2) *Locandum.* — 3) *fi[er]it n[on] licenter apographum.* — 4) *Scr. Popilio.* — 5) *Popiliae?* — 6) *Sine dolo malo.*

**7935** d. m. | L. Pomponius Cladus et | Claudia Parhesia fecerunt | sibi et suis posterisq. eorum | et M. Quintilio Claudiano | ollarum n. XII ab imo in | summo cum obrendario<sup>1</sup>.

*Romae* (VI 24606 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Haec repetita in t. fictio VI 5, 5340. Cf. ad eam quae sequitur.*

**7936** d. m. | Magnia Tyche fecit sibi | et karis suis T. Magnio Aniceto et T. Magnio Euthycho (*sic*) et | Q. Tillio Figuliano bene | merentibus | et libertis libertabusque pos[terisque] eorum. H. m. d. m. a. — | item Ti. Claudio Honorato et Claudiae | Marcellae | amicis fidelissimis vasa obrendaria dua<sup>1</sup>, ite[m] | ol[lar]aria tria introeuntibus parte dexteriore fecit et donavit.

*Romae, nunc Florentiae* (VI 24852 vidit Henzen). — 1) *Cf. de Rossi Roma sott. III p. 595.*

**7937** P. Rutilius P. l. Amphio | superficiem monumenti | de suo refecit et ollas in | superficie de suo posuit, | sibi et suis. || Rutilia | P. C. l. | Charis.

*Romae* (VI 25645 ter ut videtur descripta saec. XVII).

**7938** C. Trausi Pudens | et Asiaticus et | Caesia Veneria coiun[x] | et Trausia Fortunata f. | protectum<sup>1</sup> ante ollaria | sua impensa dis Manib. fecer.

*Romae rep. in columbario ad viam Appiam* (VI 27571 bis descripta saec. XVIII). — 1) *Cf. N. 7858, cet.*

**7939** Cn. Manlius | Soterichus. | Porcia Athenais, | fecit scholam<sup>1</sup> | ollarum XX | sibi et suis.

*Romae* (VI 24960 saepius descripta saec. XVII). — 1) *Schola de sepulcro vel parte sepulcri etiam VI 34861 (scholam marmoribus exornavit).*

**7940** Q. Canusius | Praenestinus<sup>1</sup> | maceriam et ol[lar]aria libertis | libertabusque | suis fecit.

*Monte Rotondo in agro Romano* (XIV 3932 bis vel ter descripta saec. XVI). — 1) *Vir huius nominis consul suffectus fuit imperante Antonino Pio (dipl. mil.). Cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 304 n. 344.*

**7941** dis m. sacr. | genti Latinianae | et Epicadianae.

*Vukša lekaj ad lacum Scutariensem* (III S. 4601 Patsch vidit photogramma).

**7942** d. m. s. | memoriae | gentis<sup>1</sup> Acci[an]ae Sex. A[cc]ius . . .

*Thibili (Annuna) in Numidia* (VIII 5656. 48916 vidit Schmidt). — 1) *memoriae gentis etiam in titulis Cirtensibus vel regionis Cirtensis* (VIII 7277. VIII S. 49230).

**7943** [dis man. et me]moriae gentis | . . . . . antianae, Satu[. . . [e]t Cassiae Quetae (sic) | . . . [ma]ritae eius, pater Sat. . . us omnibus suisque | . . . . . bus innocentissimis fecit. | [Viator lass]e, mirari noli: hec via tale pulver. habet<sup>1</sup>.

*Cirtae* (VIII 7277 vidit Wilmanns). — 1) *Similiter t. Salonitanus III S. 45062 cf. p. 2265: d. m. | haec via tal. pulver. a. Cf. infra ad N. 8122.*

**7944** coemeteria memoriae gen[tis] Lepidiorum, L. Lepidi Nampulli et Stenniae Potitae et here[dum] heredumve eorum, vivunt | in diem suum. Istantius fec. (hinc inde asciae singulae).

*Constantinae* (VIII 7545 delineavit Delamare).

**7944<sup>a</sup>** manibus gentis suae | libertis libertab. ossib. ponendis | Vinediae C. f. Lucundae uxori | II. m. h. n. s. | In fr. p. XII, in agr. p. XVI.

*Iader (Zarae) in Dalmatiae* (III 2965).

**7945** . . . . ro is totu genus | [A]thanasiorum.

*Romae* (VI 7649 vidit amicorum meorum aliquis).

**7945<sup>a</sup>** aeterna | domus | Olypiorum (sic).

*Romae in vinea Codinia rep.* (VI 5174 vidit de Rossi).

**7946** οἶκος κοιμησ. | Fonteiorum | . .

*Cirtae* (VIII 7558 vidit Wilmanns).

**7947** Pelagiorum<sup>1</sup>. | Hoc monumentum cum cohaerenti | areola, et duabus in gamma<sup>2</sup> porticibus | superposito cubiculo solario triclinio ne quis a nomine nostro alienare audeat | neve in eo corpus extraneum inferri patiat, | alioquin sit facultas cuicumque ex familia | nostra adeundi per querellam pontifices | cc. vv.<sup>3</sup>, quorum de ea re notio est<sup>4</sup>, | et poenam HS L n̄. n̄. arcae | collegii eorum | inferendorum exsequendi.

*Romae* (VI 10284 vidit Henzen). — 1) *Nomen sodaliciarium cf. supra N. 7344, item 7365. 7575; infra N. 8090; de Rossi Roma sott. III p. 59, comm. Momms. p. 703 seq. Idem nomen (Pelagiorum) Bull. arch. crist. 1884/5 p. 78 et in parte aversa inscriptionis VI 10285; Eutychio[rum] VI 10274, Melan[io]rum VI 10277, Uranio[rum] bull. arch. crist. 1886 p. 51, cet. — 2) Cf. VI 11915: porticus coheren[tes] in gamma undis productis. — 3) *Clarissimos viros.* — 4) *Cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 71 (= ed. 2 p. VIII), item infra in capite de multis sepulcralibus (N. 8226 seq., potissimum N. 8228), item N. 8282.**

**7947<sup>a</sup>** l. m.<sup>1</sup> | sodalium. | In f. p. XXX, | in ag. p. XXV.

*Aquileiae* (Pais n. 108 qui vidit). — 1) *Locus monumenti.*

*Adde N. 7540. 7543. 7544.*

**7948** Οὐᾶλος<sup>1</sup> Γα[β]ίνιος, | χαῖρε. | Vaalus Gabin[ius] | heic situs est<sup>2</sup>.

*Avennione (XII 1058 vidit Hirschfeld). — 1) Vaalus sive Valus Mommseno creditur id ipsum nomen quod est in fluvio Vacalus (Caes. b. G. 4, 10). — 2) De his similibusque locutionibus dixit Church Archiv f. lat. Lexikographie 12, 1902 p. 216 seq.*

**7949** M. Eppius Q. f. | Gal. hic situ[s] est, anno[rum] gnat.<sup>1</sup> | XXIII.  
*Prope Torrellam agri Compsini (IX 1017 vidit Dressel). — 1) enat. lapis.*

**7950** C. Vavidius C. l. | Menophilus, situs; | C. Vavidius C. l. Stabilio, | situs.

*Canusii (IX 405<sup>a</sup> ad exemplum Canusini alicuius).*

**7951** L. Caesius Secundus | hic est sepultus<sup>1</sup>.

*Romae, nunc in castello quodam Angliae (VI 13996 vidit Matz). — 1) Sic etiam supra N. 6344. 7650 (heic est s.) et alibi passim.*

**7952** L. Maenius Q. f. | Ani., sepultus.

*Sublaquei (XIV 3460 vidi).*

**7953** Statia C. f., | sepulta.

*Romae (VI 26820 vidit Stevenson).*

**7954** Pomponiae | Octavae hoc | loco humatáe | et Telamon. | Telamonis f.

*Roma ut videtur in Siciliam advecta (VI 24669 vidit Mommsen).*

**7955** C. Iulius Thamyrys, | M. Annii Philipp., | filius et pater, | hic erunt.

*Romae, iam Veronae (VI 20303 vidit Mommsen).*

**7956** Valeria L. f. Successa | Narboniensis, hic.

*Romae (VI 28278 vidit Hensen).*

**7957** A. Titinius A. l. Scymnus | Corda heic cubat<sup>1</sup>.

*Romae rep. ad viam Appiam, est Mediolani (VI 27477 vidit Mommsen). — 1) Adde N. 7480 cet.; 8194.*

**7958** Truttedia hic | cubat, P. Truttedi | Amphionis lib. | nomine servile Appia; | patronus emit sibi et | illae et suis. In f. p. XIV, | in ag. p. XIII.

*Budrii prope Bononiam (I 1429. XI 690 ter ut videtur descripta saec. XVIII).*

**7959** C. Annii C. l. | Lepos vixit an. XXVIII, | obiit VII idus April. C. Caesare | L. Paulo cos.<sup>1</sup>, hic situs adquiescit<sup>2</sup>.

*Romae rep. in monumento Anniorum, cf. supra N. 7852 (VI 17598 vidit Delfsen). — 1) A. p. C. 4. — 2) Similiter supra N. 7258 cet.; in suo hic requiescit supra N. 7720.*



**7960** L. Marci Hilare, | bene adquiescas.

*Romae in monumento ad portam Praenestinam rep. (VI 6015).*

**7961** quies | Claudiae | Priscae.

*Romae (VI 15563 vidit Henzen).*

**7962** Claudia Lyde | lassa hic | requiescit et c.<sup>1</sup>

*Romae (VI 15495 vidit Henzen). — 1) Titulum in alia tabella continuatum fuisse putat Henzen.*

**7963** d. m. | Q. Catii Successi | corpus hic situm | annos nati XXV, | condiderunt | Q. Catius Lezbianus | et | Q. Catius Carpus | infelicissimus | pater.

*Ad viam Appiam sexto ab urbe lapide rep. (VI 34801 vidit Lanciani).*

**7964** d. m. | sub hunc | lapide corpus positum | est T. Fl. Archimedes<sup>1</sup>, vixit | annis XII m. XI.

*Romae (VI 55279 = Notizie degli scavi 1899 p. 228). — 1) Sic traditur.*

**7965** dis manibus | L. Tarquiti Marciano | filio dulcissimo qui | vixit annis VIII mens. VI | diebus XVIII horis XI, | L. Tarquiti Tropheus | et Tarquiti Eutychia | parentes filio dulcissimo | fecerunt; cuius corpus causa | ponderis ante ara<sup>1</sup> positu est.

*Romae (VI 27109 viderunt Smetius aliique). — 1) Ara intellegenda est superne excavata ad condendos cineres; quae cum recipiendis cineribus parum apta esse inveniretur propter pondus, reliquiae ante aram humatae sunt (Henzen).*

**7966** d. m. s. | Sentia | Saturni|na vixit | annis | LXV, h. s. e., | corpus | ante se.<sup>1</sup> || d. m. s. | D. Gargi|lius Gar|gilianus | vixit an|nis LXVIII, | corpus | ante se.<sup>1</sup>

*Sidi-Yúsef prope Naraggaram Africae (VIII S. 16825 vidit I. Schmidt). — 1) Videtur significari corpus collocatum esse non sub cippo, sed ante eum (Schmidt).*

**7967** T. Luscio T. l. Parnaceni. | Lusciae T. l. Montanae, | T. Attius D. l. Auctus coiugi, | T. Luscius D. l. Corumbus patr|onae pro meriteis dant ubei | eorum ossa quiescant. (*A tergo*) C. Laeli Philotae.

*Romae (14063. VI 21696 ter ut videtur descripta saec. XVIII).*

**7968** ossa | Pollae Valeriae.

*Romae (VI 28244 vidit Gatti).*

*Ossa illius, etiam in titulis mausolaei Augusti supra N. 158. 164. 180. 185.*

**7969** ossa | Chresimi Crassi | Frugi<sup>1</sup> ser., | ann. XVII.

*Romae (VI 33535 = Notizie degli scavi 1899 p. 135). — 1) Cf. N. 7390 not. 1.*

**7970** ossa | Q. Vitelli Q. A. l.<sup>1</sup> Aretis.

*Romae, urna ad formam casulae efficta (VI 29079 vidit Henzen). — 1) Quinti et Auli Vitelliorum liberti (fratrum fortasse L. Vitellii, Suet. Vit. 2).*

**7971** L. Caesi L. l. | Antiochi oša<sup>1</sup> | hic sita sunt<sup>2</sup>.

*Cesi prope Atellae rudera* (X 3745 vidit F. de Duhn). — 1) Cf. *Marius Victorinus* (Gr. Lat. ed. Keil VI p. 8, 5): supra litteram quam geminari oportebat sicilicum ponebant cet. *Idem sicilicus* V 4361 (SABELIO), VI 21756 (MVMIAES), fortasse XII 444 (... ROMACA). — 2) oss. heic sita sunt in t. Campano supra N. 7642 et saepe in Campanis (cf. supra N. 2521; N. 1952 v. 4; N. 7468. 7652; o. h. s. s. N. 8001 cet.).

**7972** Oppiae C. l. | Theanonis | ossa hic | sunt sita, a. d. | VII k. Iul. | Cn. Lent. M. Cras. cos.<sup>1</sup>

*Romae* (VI 25552 vidit Herzog). — 1) *A. u. c.* 740.

**7973** [Ge]rmanico Caesare C. Visellio cos.<sup>1</sup> | III k. Octobr. ossa condita | Titiae T. l. Phoebenis. | T. Titius T. l. Anteros.

*Romae* (VI 27526 vidit Henzen). — 1) *A. p. Chr.* 42.

**7974** ossa inlata<sup>1</sup> | C. Billieni C. l. | Beati Lunulae.

*Praeneste* (XIV 5528 bis descripta). — 1) Cf. N. 7948 cet.

**7975** Helenai sororei mei An|tistianai; | ossa heic | cubant.

*Romae* (VI 35444 = *Notizie degli scavi* 1899 p. 452).

**7976** Primae | Pompeiae | ossua heic. |

Fortuna spondet multa | multis, praestat nemini.

Vive in dies | et horas, nam proprium est nihil. |

Salvius et Heros dant.

*Romae* (I 4010. VI 24365 vidit de Rossi). *Buecheler carm. epigr. n.* 185.

**7977** ossa T. Quincti hic sita sunt, | Stabilio cognomine vixit, | multiplici curá defessus | nunc securus quiesco.<sup>1</sup> || Quintiaes | Hella-dus (*sic*) | ossa hic | sita sunt.

*Romae ad viam Latinam rep.* (VI 6824 vidit Henzen). — 1) *Hexametros subesse putat Buecheler carm. epigr. n.* 575.

**7978** Mutatae | Vistiliae hic | ossa sepulta | quiescunt.

*Romae, postea ap. Nicol. Müller* (VI 29055 vidit Dressel). *Buecheler* 4847.

**7979** A. Clodius A. A. l. Salvius, | hic ossa quietata sunt | casta.

*Romae in monumento ad portam Praenestinam rep.* (VI 6056 vidit Henzen).

**7980** dis manibus | Iuliae Helpidis |

ossa piia cine|resque sacri hic | ecce quiescunt.

*Romae, nunc Florentiae* (VI 20502 cf. VI 5, 1846\* viderunt Henzen et Bormann). *Buecheler carm. epigr. n.* 354.

**7981<sup>a</sup>** Irene vicar.<sup>1</sup> | Deucalionis, | Faustio filius posuit.

**7981<sup>b</sup>** Faustio vern.<sup>1</sup> | Deucalionis | vixit an. V, ossa tibi | bene quiescant, et matri.

*Romae in sepulcro Statiliorum, cf. N.* 7875, rep. (VI 6396. 6397). — 1) *Com-*

*paratis his titulis intellegitur, vernam etiam de servili tanquam domo in usu fuisse, scilicet servum, qui ancillam in peculio haberet, pueros ex ea apud se natos vernas suos dicere (Mommsen).*

**7982** cinis | C. Octavi Oct.<sup>1</sup> l. | Hermodori.  
*Romae (VI 25280 vidit Henzen). — 1) Octaviae (?)*

**7983** cineribus | sacrum | Quadrati.  
*Romae (VI 25255 aliquoties descripta saec. XVI).*

**7984** cineribus | sanctissimis | Iuliae Felicitatis. | Sit tibi terra levis<sup>1</sup>.  
*Romae (VI 20461 vidit Henzen). — 1) Cf. infra N. 8150.*

**7985** dis manib. | Anteia P. f. | Crispinae | cinerib. sacr.  
*Salonis (III 2175 vidit Mommsen).  
Cineribus locus supra N. 4991. Cineribus candidiss. V 595\* (fictic).*

**7986** dis manibus Iulia Urbana | mater cineribus Iuliae | Secundillae filiae fecit, | vixit anniis (sic) VIII.  
*Romae in monumento familiae Marcellae, cf. N. 7879 (VI 4594 vidit Henzen).*

**7987** d. m. | Milevitano<sup>1</sup> | qui vixit ann. | XV m. VI d. XI, | Donatus et | Nedyne filio | pio titulum | fecerunt, | cineres eius | hic positi sunt. | O. e. b. q. c.<sup>2</sup>  
*Romae (VI 22492 descr. Accursius et Smetius). — 1) Sic Acc., Milevilano Smet. — 2) Ossa eius bene quiescant.*

**7988** ossa cineresque | Pinniae Didymae, animae | bonae et sanctae, hic intus | bene posita quiescunt<sup>1</sup>. | T. Pinnius Hermes | conlibertae sibi | carissimae et | bene merenti fecit.  
*Romae, postea Parisiis (VI 7580 vidit Mommsen). — 1) Cf. cuius ossua et cineres hic lapis intus habet supra N. 6161; cineres et ossa quiescunt VI 45498.*

**7989** d. m. s. | Iuliae | Heuresi | sanctissim., | volente Fato | vixit annis | LXXXII, | hic super ossua | cineresq. | tuos bene dicta<sup>1</sup> | quiescis<sup>2</sup>. | Fecit Pomponia | Trophime | bene merenti.  
*Romae (VI 20515 vidit Zangemeister). — 1) Cf. supra N. 4410<sup>a</sup>; VI 24654. 25408. X 7565; de Rossi bull. crist. 1886 p. 99. — 2) Cf. Buecheler carm. epigr. 350.*

**7990** Caeciliae Sex. f. Iustae | quae vixit an. XLVII m. III | cuius reliquias cinerum | hic ossa sepulta<sup>1</sup> | pie nunc | blandae memoriae quiescit | tute tecta Tiburtino<sup>2</sup> | Lunense Lesbio lapillo<sup>1</sup> | q. u. f. et f. o.<sup>3</sup> isto.

*Romae (VI 45850 vidit Henzen). — 1) Cf. Buecheler carm. epigr. n. 497. — 2) Cf. N. 8412 (not. 5), cet. — 3) Litterae singulares quid significant obscurum est.*

**7991** L. Tampius L. l. Ingenuus sibi | et Crassiciae P. l. Helpidi uxori suae, | colenda ossa et cineres suis | commendarunt.  
*Romae in eodem sepulcro in quo N. 7986 (VI 4656 vidit Henzen).*

**7992** [d.] m. | [b]ene ossi. | cineribusq.<sup>1</sup> | Q. Anini | Martialis, | C. Aninius | Eutyches | fratri | b. m.

*Florentiae (XI 1624 vidit Bormann). — 1) Cf. Cic. Phil. 13, 10, 22.*

**7993** C. Vesprius Eros | sibi et Leriae | coniugi, | et post cippum ossuis | locus.

*Asisii (XI 3563 vidit Bormann).*

**7994** dis man. | Claudiae Lepidillae | ex provincia | Belgica Ambianae, | fecerunt liberi | eius Lepidus et | Trebellius matri | optimae.

Hic matris cineres | sola sacravimus ara; |  
quae genuit Tellus, ossa | tegit tumulo.

*Romae (VI 15493 aliquoties descripta saec. XVI). Buecheler carm. epigr. n. 1129. Ossa dedi Terrae, corpus Volchano dedi(di) VI 21975 = Buecheler carm. epigr. n. 67.*

**7995** hic reliciae | Pelopis. Sit | tibi terra | levis.

*Romae in monumento in quo N. 7915 seq. (VI 4999 vidit Henzen).*

**7996** d. m. | reliqua | L. Umbri | Felicis | hic | posita | sunt.

*Lambaesi (VIII 4167 vidit Wilmanns).*

**7997** d. m. | reliquis | Anni Pacci | Aristaeneti.

*Romae (VI 11745 vidit Henzen).  
Ex hoc titulo lapsu quodam memoriae Fabrettii, hominis alioquin diligentis, videtur ortus esse titulus VI 23654 = Orell. 4445: reliquis C. Pacci | Aristaeneti. D. m. reliquiae illius, supra N. 1894. XI 3740; [re]liquis conditis sacrum VI 16265.*

**7998** ultima | suorum<sup>1</sup> | Cupieinnia<sup>2</sup> | L. f. Tertulla | fueit<sup>3</sup>, quius | heic | relliquiae | suprema | manent.

*Romae (I 1031. VI 16614 descr. saec. XVIII Odericus et Marinius). — 1) Cf. VI 24697: ultimus suorum, supra N. 935: ultimo gentis suae. — 2) Sic (sed I et E contignatas) Oder. et Mar. — 3) Sic Mar., fueit Oder. et aliud quoddam exemplum.*

**7999** P. Octavi A. I. Philom[usi] | ossa heic sita sunt, | deis inferum parentum<sup>1</sup> | sacrum. Ni violato<sup>2</sup>. | In agro pedes XV, in via | pedes XV. | Philargurus l. et socius.

*Neapoli in museo, fortasse Capuae reperta (I 1241. X 4255; Ritschl tab. LXXVII). — 1) De diis parentum vel diis parentibus cf. supra N. 1078 (not. 1). 7519 (not. 2), infra N. 8047; adde VI 3597: d. m. | parentium | D. Furius D. f. | Vol. Octavius | Octavianus | Philippus miles. VI 29852a: dis parentib. | sacr. VIII 2185. X 5495 = Buecheler carm. epigr. 370; Jordan ap. Preller Roem. Myth. II 98 not. 2; Wissowa Archiv f. Religionswissenschaft 7, 1904 p. 44. Diversi dii parentes, quibus dedicati sunt tituli Veronenses supra N. 5541. V 3283—3289. — 2) Prisca ac fortasse e caerimoniis publicis repetita formula (Buecheler carm. epigr. sub n. 16).*

**8000** Aurelia L. I. | Truphera, | dis inferis sacrum.

*Romae, urna marmorea (VI 7800 quatter descripta saec. XVIII).*

*Similiter dis | inferis | sacrum | Cupitus Aug. l. | Atticianus VI 16616; adde VI 34284 (deis infereis), item supra N. 7877<sup>a</sup>; ara deum inferum in latere tituli sepulchralis Aquileiensis V 1071 = Or. 4649.*

**8001** C. Laetori Rufi o. h. s. s.<sup>1</sup> | Tullia et mater feceru (*sic*). | (*Infra, a sin.*) P|lu|to|ni — (*in medio*) C. Laetori C. f. | Rufi — (*a dextr.*) sa|cr|u|m.

*Capuae (X 3815 vidit Mommsen). — 1) Ossa hic sita sunt.*

**8002** d. m. Tertio fratri soror benemerenti fecit, vixit annis plus minus XXXI, Orco peregrino.

*Neapoli (X 3003 servavit Lucundus).*

**8003** intra consaeptum | maceria locus | deis Mánibus | consecratus.

*Prope Genuam, iam Genuae (V 7747 vidit Mommsen).*

**8004** L. Cartorius P. f. Fab. | hic sepultus est. | Hic locus patet | in frónt. p. XX et á media fos. | in[l]ro<sup>1</sup> vers p. XXV. | Hunc locum monumentumque | diis manibus do legoque.

*Praglae prope Paduam (V 2915 semel descripta saec. XV). — 1) inero traditur, emendavit Fabrettius 84, 150.*

Dis manibus consecravit in fine tituli IX 3107 (= Orell. 4332); dedicavit monumentum in sempiternum dis manibus III 191.

**8005** diis manibus | Hateriae Superbae quae | vixit anno I mensibus VI dieb. XXV, | fecerum parentes infelicissimi | filiae suae | Q. Haterius Ephebus et Iulia Zosime, sibi et suis (*puella d. fructum et columbam tenens, eius capiti Genii advolantes coronam imponunt; iuxta canis et corvus*). Diis manibus locus occupatus. | In fronte p. VII, in agro p. III.

*Romae, iam Florentiae (VI 49159 vidit Henzen).*

**8006** animae sanctae colendae | d. m. s. | Furia Spes L. Sempronio Firmo | coniugi carissimo mihi. Ut cognovi, | puer puella obligati amori pariter; | cum quo vixi tempori minimo, et | quo tempore vivere debuimus, | a manu mala diseparati<sup>1</sup> sumus. | Ita peto vos, [Ma]nes sanctissimae, | commendat[um] habeatis | meum carum et vellitis (*sic*) | huic indulgentissimi esse | horis nocturnis, | ut eum videam | et etiam me fato suadere | vellit, ut et ego possim | dulcius et celerius | apud eum pervenire.

*Romae (VI 48317 vidit Henzen). — 1) disparati, deinde e supra addita.*

**8007** C. Sentio Sat. cos.<sup>1</sup> | k. Sextilib. | dei Manes | receperunt | Abulliam N. I. | Nigellam.

*Cordubae (II 2255 vidit Huebner). — 1) A. u. c. 735 (solus fuit consul per aliquod tempus. Vell. 2, 92, Dio 54, 10).*

**8008** dis manibus | et Terrae matri<sup>1</sup> trium Cor|ueliorum Georges, Gnesi, | Clementis <et Philippi patri<sup>2</sup> | consummatori<sup>3</sup>>, Cornelia | Chrysa <coniugi et colliberto | et><sup>4</sup> filis suis fecit.

*Romae (VI 16398 viderunt Lucundus et Metellus). — 1) Cf. Liv. 8, 9, 8, Suet.*

*Tib. 75, cet.; Wissowa Religion der Römer p. 192 not. 4. 5. Terr. matr. et m(emoriae) supra N. 3950. — 2) Quae ad Philippum pertinent (quae unciis inclusimus), apparet postea demum intrusa esse; inde perturbatio casuum. — 3) Videtur significari, a Philippo monumentum consummatum esse (cf. N. 7296 fin.). — 4) Cf. not. 2.*

**8009** sacrum d. m. et terrae levi Decimis Iulis Phoebiano et Sperato filis dulcissimis hic sitis. Iuli Bathyllus et Spes possessores huius hortuli fecerunt. Phoebianus vix. ann. XVI, Speratus vix. ann. VI.

*Romae (VI 20200 cf. p. 3524 descr. Iucundus).*

**8010** (*tripus inter duos grypos*) dis manibus | Lucciae C. f. | Telesinae<sup>1</sup> | sacrum.

*Romae, ara (VI 24563 vidit Henzen). — 1) Femina sine dubio nobilis; L. Luccius Telesinus consul fuit a. p. Chr. 66.*

Dis manibus *in titulis virorum et mulierum ordinis senatorii supra N. 240. 880 (qui est aetatis liberae reipublicae). 956. 1127. 1144. 1180<sup>d</sup>; deis Manibus N. 7332, deis Manibus sacrum N. 5177.*

**8011** sacrum | deum | Manium | C. Sallustius | Isochrysus.

*Narbone (XII 5112 vidit Hirschfeld).*

**8012** dis manibus | sacratis Arre|cines Probaes | vixit annis XVIII, | pater fiae (*sic*) bene | merenti de suo | fecit.

*Prope Rubos (IX 6182 descr. Iatta Notizie degli scavi 1881 p. 329).*

**8013** dis manibus | sacris sanctis | castis piis | Caciae L. D. I. Daphnes (*a dextra et a sin. cortina; infra lyra cum grypibus*).

*Ostiae, nunc Romae, urna (XIV 704 vidi). — D. m. sacris X 5010.*

**8014** d. m. | et manium colendarum | [g]ra[t]j[a A]ur[el.]<sup>1</sup> Liciniana | Aug[g.]jib.<sup>2</sup> et Iulia [I]rene et Avidius | Ca[ll]ias<sup>3</sup> et Avidius Ch[r]onius | usu locorum vacuorum | huius memoriae donum | acceperunt ex donatione<sup>4</sup>.

*Romae (VI 13142 semel descripta). — 1) Traditur GRAIMVRFI, 2) AVGC IIB cet., 3) CAHFAS. — 4) Videtur deesse nomen eius qui donationem fecit.*

**8015** d. m. fatorum arbitris | Aurelia Secunda se viva fecit sibi | et Aurelio Optato filio dulcissimo, | qui vixit annis VII mensibus X | diebus XVIII, libertis libertabusque | posterisque eorum et qui nascentur ab illis.<sup>1</sup> Hoc monumentum | in fronte pedes X, in agro pedes XV, | area pedes XVII. H. m. d. m. a.

*Romae, nunc Urbini (VI 43377 vidit Bormann). — 1) Vergil. Aen. 5, 98.*

**8016** C. Iulius Corinthi I. Atimetus | sibi et Tulliae Primigeniae coniugi | carissimae et Tullio Alexandro | patrono eius et Primigenio delicio | eorum, dis manibus d. d., | permissu duorum Iuliorum Euctacti et | Theophili.

*Romae (VI 19861 vidit Bormann).*

**8017** v. f.<sup>1</sup> | C. Novellius C. f. | Ouf. Expectatus | dis deabus Manibus | nomine meo et | Atilia C. f. Crae . . . | uxori pientiss. | (*In latere sin.*) Have! (*in dextro*) vale!

*Mediolani (V 6055 semel descripta saec. XFIII). — 1) Cf. N. 8072 not. 1.*

**8018** L. Iulius Gamus<sup>1</sup> | diis Manibus | L. Iuli Marcelli | nepotis sui vixit ann. V | dieb. XXXXI, | corpus integrum | conditum | sarcophago.

*Romae (VI 20055 vidit Henzen). — 1) Similem titulum idem L. Iulius Gamus posuit filio VI 19956.*

**8019** d. m. | loci in quo | corpus T. Lu . . . . | Sabiniani Luciani crema|tum est.

*Romae (VI 24516 solus descr. Oderici auctor accuratus saec. XFVIII).*

Dis manibus . . cuius corpus hic crematum est XIV 2851; cuius cremati reliquiae hoc loco positae sunt VI 55020; hic crematus est in titulis pronepotum Augusti, supra N. 181—181<sup>b</sup>; hic crematus, hic cremata est supra N. 2518.

**8020** L. Baebi Secund[i] | ibi manes | iacent.

*Nemausi (XII 5464 vidit Allmer).*

**8021** d. m. [so]mno aeternali | Galeones Te[ttie]nii Eutychianus<sup>1</sup> signo Daemoni | et Modestus si[gn]o Eupori condederunt [m]anes | patronorum s[uo]rum Tettieni Heureti et Flu . . . | coniugi[s] eius; al[um]norum eorum Tettienii . . . . (*reliqua nimis lacera*).

*Romae (VI 18850 vidit Dellefsen). — 1) Nomen indicat ex domo hos fuisse Galeonis Tettieni Petroniani consulis a. p. Chr. 76, et Galeonis Tettieni Severi, cf. supra N. 5598 not. 1.*

**8022** d. m. et somno aeternali, securitati memoriaeq. perpetuae Flaviae Melitinae, quae vix. ann. XXXI m. III d. XX, T. Flavius Hymnus coniugi sanctiss. dulcissimaeq., cum qua vix. ann. XIII, et T. T. Flavii T. f. Col. Marcellus et Titianus et Flavia T. f. Ampel[is] matri pientiss. sarcophago aeterno<sup>1</sup> sigil.<sup>2</sup> cum opere et basibus fecer. et consecraverunt, idib. Aug. Pudente et Orfito cos.<sup>3</sup> T. Fl. Hymnus manu mea utraque scripsi.

*Romae (VI 18578 cf. p. 5522 semel ut videtur descripta saec. XV). — 1) Requiritur videtur cosus quartus. — 2) Sigillario. — 3) A. p. Chr. 165.*

**8023** d. m. | somno sepulchro | aeternali sacrum | Eutychiae quae | vixit annis XXX, | Onesimus coniugi dulcissimae | et sibi amantis|simaec fecit.

*Romae (VI 17450 cf. p. 5521 saepius descripta saec. XFVII).*

**8024** d. m. | somno aeternali | memoriae | dulcissimae | Vibiae C. lib. | Parthenope, | dignissimae et | incomparabili feminae, | M. Aurelius Aug. lib. | Metras coniugi | et sibi se vivos | fecit.

*Romae (VI 28875 vidit Henzen).*

Somno — Fatis in t. sepulcrali, supra N. 4976; d. m. et somno aeternali VI 146472; d. m. somno aeterno VI 15983; somno perpetuo VI 19966; somno aeterno infra N. 8217. 8251, cet.

**8025** sacrum | quieti | corporis | Petroniae | Glyconidis, | M. Vettius | Syngdemus<sup>1</sup> | coniugi | optimae.

*Romae (VI 24036 vidit Huebner).* — 1) *Ad hunc spectat VI 28688.*

**8026** dis securitatis<sup>1</sup> | Q. Vibius Herma | antistes | sancti Silvani | annum agens | LXX fecit | sibi. B. b.<sup>2</sup>

*Romae, deinde Albani (VI 2268 vidit Mommsen).* — 1) *Cf. supra N. 6060: dibus securis.* — 2) *Bonis bene (cf. infra N. 8137).*

**8027** securitati perpetuae | in memoriam, | Rupilia Severa | rara mater famil. | annorum XVII | hic sita. | Q. Rupilius Eucharistus | coniugi et sibi | libertis libertabusque | posterisque eorum.

*Romae (VI 25607 vidit Henzen).*

*Securitati cognationis suae supra N. 2944.*

**8027<sup>a</sup>** d. m.<sup>1</sup> perpetuae securitati et memoriae dulcissimae Aureliae | Aureliae (*sic*) P. Ael. S[il]vanus coniu[gi] incomparabili.

*Regensburg (III 5960 vidit Mommsen).* — 1) *d. a sinistra, m. a dextra.*

*Cf. memoriae et perpetuae securitati III 5850; memoriae et securitati perpetuae VI 24856.*

**8028** domo<sup>1</sup> securitati | Fl. Cau . . ena nata | Ulmo<sup>2</sup>, vix. ann. XXII, | lanxit<sup>3</sup> d. XXVII, posuit | memor. Aur. Propincus | mil. leg. II Ad. f., coniug. | carissime, Fl. Cara | mater dulcissimae | filii pietatis eius | f. c.

*Prope Pest rep. (III 4382 descr. Froehlich).* — 1) *Scr. d. m.* — 2) *Locus Pannoniae; cf. itinerar. Anton. p. 267 cet.; C. I. L. III p. 422.* — 3) *Languit.*

**8029** d. m. | et aeternae secu|ritati | Catiae Severae | T. Iul. Augustalis con|iugi sanctissimae | et Iul. Severina matri | karissimae, quae vixit | annis XXXI, ex quibus | cum coniuge suo | egit annis XV, | cui vivae petenti | ut reliquiae suae | cum matris et patris | conderentur | obsequium praesti|terunt.

*Lugduni (XIII 2094 vidit Hirschfeld).*

**8030** d. m. | et memoriae eter[nae], | perpetuae securitat[is], | Venanti Adonis<sup>1</sup> | Eugamius<sup>2</sup> coiu|x | ponendum cur[a]vit et sub ascia ded.

*Lugduni (XIII 2302 vidit Hirschfeld).* — 1) *Sic videtur legendum esse (punctum inter a et donis, sed non certum).* — 2) *Signum uxoris putat Hirschfeld.*

**8031** paci et quiet a[et.]. | et memor. aete[rn.]. | Q. Aristio Chres[simo?] | iun. qui vixit ann. . . | mens. III diebus VII, | Ateria Chreste fra[tri] et Arist. Chresim[us] | et Aristia Helpis fil[io] | dulcissim. *Εὐπλότ<sup>1</sup>*.

*Arelate (XII 758 vidit Hirschfeld).* — 1) *Cf. Inscr. Gr. Sicil. Ital. 933: εὐπλοεῖτε.*

**8032** quieti aeternae. | Aurelius Hermes et Claudia Secunda | hoc monomentum (*sic*) vyrginem (*sic*) se | vivi comparaverunt sibi et | filiis suis et libertis libertabusq. | posterisque eorum.

*Romae (VI 45120 vidit Henzen).*

*Quietu et securitati VI 46061.*



**8033** perpetuae ae|ternitati | L. Devillio | Lucino patr[*i*] | et L. Devil[*lio*] | Martian . . . | . . . r . . .

*Prope Gratianopolim (Grenoble) (XII 2269 vidit Allmer).*

**8034** d. (*ascia*) m. | et memoriae aeter|nae<sup>1</sup> Primitiviae Au|gustinae sanctissim|ae feminae, quae | vixit annis XXXV, cu[*i*] | fides castitas probi|tas diligentia obse|qui inmensa fuit | numeratione<sup>2</sup>, Popi|lius Fortunatus con|jugi per continuos | annos XXV indivi|duo amore iunc|tus posuit et sub | ascia<sup>3</sup> dedicavit.

*Trion prope Lugdunum rep. (XIII 2244 vidit Hirschfeld). — 1) Sic etiam in titulis Lugdunensibus supra N. 2312. 2389. 2403. 2407. 3097. 7028. 7054. 7035. 7350—7532. 7591. 7648. 7699. 7725 et in multis aliis. — 2) Intellege: immenso numero. — 3) Cf. N. 814 not. 5.*

**8035** d. m. s. | memoriae aetern|ae C. Valeri Sa|turnini, qui vix. | annis noviens de|nis, prope convenien|tibus annis<sup>1</sup>, | h. s. e. O. t. b. q.

*Milevi (Mila) Numidiae (VIII 8233 cf. VIII S. p. 4877 ad ectypum). — 1) Cf. Buecheler carm. epigr. n. 4609.*

**8036** d. m. | Severae, et | memoriae | suae, | M. Veratius Ma|crinus coniugi | carissimae.

*Genavae (Anzeiger für schweiz. Altertumsk. 1898 p. 15).*

**8037** P. Vettius P. l. | Chrysantus | dat titulum memoriae | P. Canidio Primo | bene merenti.

*Romae (VI 28667 vidit Bormann).*

**8038** memoriae et | reliquiis | M. Volci Eutychi | Primigenius alumnus.

*Romae (VI 29462 vidit Henzen).*

**8039** d. m. | Cl. Hagni f. Gazzae | privignae suavissi|mae, in honorem memo|riae Gazzae matris | eius, Cl. Pyrrichus | vitricus consecravit.

*Romae (VI 45446 vidit Henzen).*

D. m. s. honori et memoriae N. 2122. *Diis dicatos titulos in honorem memoriamve mortuorum habes N. 3231. 3252. 3276. 3530 cum not.*

**8040** iuventuti et | memoriae | Parthenopaei | sacrum, | Peregrinus p. i.<sup>1</sup>

*Romae (VI 23852 semel vel bis descripta saec. XVI). — 1) Pater infelicissimus (?).*

**8041** memoriae et | pietati | Q. Vibi Crescentis, | Q. Vibius Cerinthus | liberto karissimo | et fidelissimo | bene merenti | fecit.

*Romae (VI 28790 vidit Bormann).*

**8042** dis manibus | sacrum, | pietati | Veratiae P. f. | Verae.

*Romae (VI 28531 vidit Bormann).*

**8043** d. m. | pietati | eternitati | So[ter]iciano, | annorum VII, | So-  
terichus | . . . . . | . . . . .

*Cattajo prope Paduam (V 2694 vidit Mommsen).*

**8044** P. Aelius Aug. lib. Titianus | d. m. fecit, | sibi et lib. liberta-  
busq. | posterisq. eorum, | et misericordiae.

*Romae (VI 40802 vidit Mommsen).*

**8045** d. m. s. | M. Vétii Decembris | fili piissimi reliquiae, anno-  
rum XVIII, consecratae Pietati et Genio inferno ab M. Vétio | Trophimo  
et Vétia Lupula | parentibus. || M. Vétius | Trophimus | pater imaginem |  
iunctam fili sui sibi | fecit.

**8046** d. m. s. | pietati et memoriae | Vetae Marcellinae | filiae  
suae, vixit | ann. VI m. II d. XII, | sepulcrum aram | signum marmoreu |  
fecerunt | M. Vetius Trophimus | pater et Veta Ianuaria | mater et sibi  
et suis | et posteris eorum.

*Romae (VI 28668. 28703 vidit Henzen).*

**8047** dis parentium<sup>1</sup> | et Genio Vituli | fecit mater f. piissimo.

*Romae, nunc Urbini (VI 29109 vidit Bormann). — 1) Cf. supra N. 7999 not. 1;  
deis et Genio . . supra N. 1523.*

**8048** f. m.<sup>1</sup> — | Genio | P. Mutili | Marulli | vix. ann. | XVII. (*In  
latere sin. clipeus, in d. hasta.*)

*Romae, nunc Berolini (VI 22779; Beschr. der antiken Skulpturen [1891] p. 445  
n. 4154). — 1) Fecit mater (f. m. in cono superposito). — Equitem Romanum  
fuisse Marcellum anoglypha laterum ostendunt.*

**8049** mámbus | et Genio | P. Vatri Severi.

*Prope Polam rep. (V 216 vidit Mommsen).*

**8050** d. m. | M. Antoni M. f. Earini | et Genio eius | Antonia  
Ter[psicore et | [E]arius paren[tes miser[r]imi | filio piissimo.

*In abbatia Saurocciani in Piceno (IX 5791 semel descripta).*

**8051** P. Alfeno | Hypano | Genio et | dis | Maues (*sic*), | Thoria |  
Gemella fecit.

*Romae (VI 41429 vidit Henzen).*

**8052** Genio | C. Iuli | Augustae l.<sup>1</sup> | Prosopae | delicii ipsius<sup>2</sup> | et  
Liviae<sup>3</sup> Drusi | Caesaris, | vix. ann. IX.

*Romae, nunc Urbini (VI 20257 vidit Bormann). — 1) Liviae. Plerumque  
Liviae liberti Marci praenomine utebantur. — 2) Sc. Augustae. — 3) Neptis  
Augustae; de ea vide N. 8054 not. 1.*

*Adde supra N. 4793. 5644. 7718. (Tituli N. 5640–5645<sup>a</sup> in honorem vivorum  
positi sunt).*

**8053** Iunoni | Tyches Iuliae | Augustae | Vener.<sup>1</sup>

*Pompeii extra portam Herculaneensem, cippus cuius pars superior lineamenta  
et retro etiam capillos copitis muliebris refert (X 4023 vidit Mommsen; imaginem*

*post alios dedit Mau Pomp. p. 411). — 1) Veneriae (fortasse antea ancilla fuerat coloniae Veneriae Pompeianae, cf. N. 5915 not. 4).*

**8054** Iunoni | Claudiae Liviae<sup>1</sup> l. | Melpomene.

*Romae (VI 15502 saepius descripta saec. XV—XVII). — 1) Est (Claudia) Livia Germanici Caesaris soror, Drusi Caesaris uxor; cf. supra N. 1731. 1752. 8032; Prosopogr. imp. Rom. II p. 292 n. 211.*

**8055** Melissaëae | Amyces | Iunoni.

*Pompeis extra portam Herculanensem rep., est Neapoli, tabula, cuius pars superior rotunda (X 1009 vidit Mommsen).*

**8056** Iunoni | d. m. | Pontiae Gnesiae | coniugi karissim. | et sanctissim. | L. Pontius Horaeus.

*Romae (VI 24745 ad exempla Iucundi et Accursii).*

*Adde supra N. 5645.*

**8057** Iunoni et | Verecundiae | Ulpiae Compse, | q. v. a. VI m. VI d. VII, | M. Ulpus Aug. lib. | Eutropus pater.

*Ostiae rep., urna (XIV 1792 descr. Amati et Melchiorri).*

**8058** Iunoni | Iuliae | Aufidenae | Capitolinae | sacrum (in utroque latere gryvus).

*Romae (VI 20385 vidit Henzen).*

**8059** Veneri | Latinillae<sup>1</sup> | M. Spedius Ma|ternianus | maritus.

*Tarracone (II 4415 vidit Huebner). — 1) VI 12281 cf. 34055 mulier defuncta annorum septemdecim videtur appellari Venus Afra (sed fortasse rectius de Venusiana Afra cogitavit Marinius).*

**8060** Ti. Iulius | Orpheus | sibi et | Orfitae | f., an. XIV, | virgini | Veneri | Cupidini | inferor.

*Romae, nunc Urbini (VI 20167 vidit Bormann).*

**8061** Glaucopi Veneri<sup>1</sup> | Gelliae | Agrippiane | C. 9.<sup>2</sup> | Aurelia Soteris | et Mussius | Chrysonicus | nutritores | lactanei.<sup>3</sup>

*Romae (VI 1424 vidit Henzen). — 1) Hoc scriptum in sima. — 2) Clarissimae puellae (cf. supra N. 1202). — 3) lidem homines VI 1625. 21334.*

**8062** Arriae P. f. Maximinae | statuam Veneris infelicis|simi parentes filiae dul|cissimae, vix. an. XV | m. XI d. XI h. III.

*Ostiae rep., nunc Romae, operculum sarcophagi (XIV 610 vidi).*

*Plutia Vera sub nomine Veneris Verae Felicis Gabinae consecrata, supra N. 5449.*

**8063<sup>a</sup>** Claudiae Semne coniugi dulcissimae | M. Ulpus Aug. lib. Crotonensis.

**8063<sup>b</sup>** (*symbola Fortunae et Veneris, sc. globus, temo, rota, corona quam duo Amores sustinent, ramus malis ornatus, columba*) Fortunae, | Spei, | Veneri | et | memoriae | Claud. Semnes | sacrum.

**8063<sup>c</sup>** Claudiae Semne uxori et | M. Ulpio Crotonensi fil. | Crotonensis Aug. lib. fecit. | Illic monumento cedet | hortus in quo trichiae<sup>1</sup> |

viniola puteum aediculae, | in quibus simulacra Claudiae | Semnes in formam deorum<sup>2</sup>, ita uti | cum maceria a me circum structa est. | H. m. h. n. s.<sup>3</sup>

*Romae in sepulcro ad viam Appiam rep. (VI 15592—15594 duas postremas in Vaticano vidit Henzen). — 1) Cf. infra N. 8118 not. 1. — 2) Cf. Apul. metam. 8, 7: imagines defuncti, quas ad habitum dei Liberi formaverat, adfixo servitio divinis percolens honoribus. — 3) Hoc monumentum heredem non sequitur.*

**8064** Dianae sacrum | Avidiae Eutychieae | coniugi sanctissim. | et C. Avidio Karo f., | C. Avidius Gelos | fecit. (*In margine imo*) in fr. p. XXV, in agr. p. XXV.

*Romae, nunc Florentiae (VI 12892 vidit Henzen).*

**8065** d. m. | sacrum | (*Diana arcu armata, vultum defunctae gerens; ad pedes canis*) Deanae et | memoriae | Aeliae | Proculae | P. Aelius Asclepiacus | Aug. lib. | et Ulpia Priscilla filiae | dulcissimae fecerunt.

*Romae, nunc Parisiis (VI 10985 vidit de Rossi).*

*Mortuae effigies habitu Dianae etiam VI 6826.*

**8066<sup>a</sup>** (*protome*) Dianae sacr. | Quintae | parentes fecer.

**8066<sup>b</sup>** (*statua*) Pudicitiae | Caeci[*liae*] Q. f. Metro[[*dorae*] . . . . . us coniugi | [*et par*]entes | [*f*]ecer.

*Prope Tarracinam, in viva rupe incisum (X 6300. 6551 p. 984 vidi).*

**8067** . . . ae | Tertiae Aug. lib. | *νύμφη Ἀραχαίνας*<sup>1</sup> | coniugi sine exemplo | quae vix. ann. XXVI | [*mens.*] . . . diebus III hor. XI | . . . . [Th]allus collib. maritus | et | . . . . tius pater | infelicissimi.

*Romae (VI 27283/6; Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2036 vidit Kaibel). — 1) Cf. supra ad N. 5896<sup>a</sup>.*

**8068** Aveniae | Bassaridis | filiae optim., | M. Gavius | Cornelius | Agathemer. | Avenianus | omni iniuria | debilitatus; | (*in latere*) manu-miss. | alumna ann. | IIII dier. XVII a | M. Avena Macro | splend. eq. R., | omni honore | functo. | (*in altero latere*) vixit ann. | XXV men. IIII | dieb. XIII, | omni sensu | vita pietate | perfectissim. | (*in postica*) *Ἐὲς Χάρως Βασσαρίς.*

*Veronae (V 3582 vidit Mommsen; Inscr. Graec. Ital. 2507).*

**8069** Anto[n]iae | Q. f. | deae | Bonae | piae.

*Velitris, iam Romae (X 6595 vidit Henzen).*

**8070** . . . . | Trophimi Aug. lib. |  
Reliquiae pueri quondam | Phrygii pastoris |  
vix. annis  
duodecies senis, | nam tertius apstulit illum.

*Romae (VI 27637 viderunt saec. XI/XVI lucundus et Accursius). Buecheler arm. epigr. n. 1815.*

**8071** M. Plauti A. M. l. | Traseae | postereisque | eius, vivit.  
*Minturnis (I 4193. X 6048 vidit Mommsen).*

**8072** v. f.<sup>1</sup> | C. Atilius | Castalii lib. | Florentinus sibi et | dis mani-  
bus Iuliae | Fortunatae uxoris | optime meritae.

*Veronae (V 3494 vidit Mommsen).* — 1) *Vivus fecit (v. f. initio tituli pos-  
itum, potissimum in Italia superiore, cf. supra N. 4945. 5025. 6605. 6607. 6668. 7320.  
7540. 7552. 7656. 7755. 8017 (d. m., v. f. N. 4594. 7685); vivit, vivont saepe Narbone,  
cf. supra N. 7655. 7654. 7654. 7669, sed et alibi, ut in urbana vetusta N. 7474).*

**8073** C. Petuellius Q. f. Fale. | vius monementum facieiu. | curavit  
seibi et uxori suae | Epidiae P. f. Neriae | eideque probavit.

*Beneventi (I 4225. IX 1927 vidit Hirschfeld; Ritschl tab. LXII<sup>d</sup>).*

**8074** d. m. s. | T. Caniu[r] Sa[[turnin.]<sup>1</sup> | q. v. a. . . , | se qui v|ivo  
mo|numen|tum sibi | et Sa|urnin|e Nini | et<sup>2</sup> fil. b. | m. con|ug. at fo|r-  
mam | et men|suram | monu|menti<sup>3</sup> | Obstor|iae Belli|c[e]e<sup>4</sup> e[t] | Pe[t]r|oni<sup>4</sup>  
Ve|recun|di faci|endum | locav|it SS ∞ CC | num.<sup>5</sup>; | quod dedica|vit id|em  
Sa|urnin . . | . . . . (*iuxta titulus gemellus*).

*Lamiggigi (Seriana) Numidiae (VIII 4587 cf. 4855 Wilmanns vidit lapidem,  
Schmidt ectypum).* — 1) *Sic debuit esse, sed nomina culpa quadratarii corrupta.*  
— 2) *Sphalma quadratarii.* — 3) *Cf. Dig. 35, 4, 27.* — 4) *Sphalmata quadratarii  
correxi ex titulo iuxta posito.* — 5) *Sestertium ducentis milibus nummun.*

**8075** T. Cestius T. l. Philippus; | Cestia T. l. Nica; | L.<sup>1</sup> Cestius  
T. l. Agathocles | emit locum inmortalem, | in front. ped. XIII, in agr.  
ped. XVI, | et aedificavit sibi et sueis. Et tu coheres<sup>2</sup>.

*Pisis (XI 4464 vidit Bormann).* — 1) *Expectaveris T.* — 2) *coheres litteris  
minoribus postea adscriptum.*

**8076** Iulia | [O]lympi<sup>1</sup> l. Tessilla | domicilium | sibi et suis.

*Narbone (XII 4924 cf. p. 851 vidit Hirschfeld).* — 1) *Idem est XII 4947.*

**8077** d. m.<sup>1</sup> | L. Gratius Eutyches | domum aeternam vius | sibi  
curavit | ne heredem rogaret | ταῦτα<sup>2</sup>.

*In oppido St. Gilles provinciae Narbonensis, cippus litteris saeculi primi  
(XII 4125 vidit Hirschfeld).* — 1) *d. m. in lateribus tituli.* — 2) *Cf. infra N. 8103.*

**8078** d. m. | aeterna do|num | L. Domitius Se|cundus, ubi reli|qua  
corporis sui | sint, se vivo | instituit.

*Lambaesi (VIII 3582 vidit Wilmanns).*

**8079** d. (*ascia*) m. | P. Primi<sup>1</sup> | Eglectianus | P. Primi Cupiti | lib.,  
qui ut habe|ret vivus sibi | posuit et sub | ascia dedic.<sup>1</sup> | domui aeternae  
luben[s].

*Lugduni (XII 2246 vidit Hirschfeld).* — 1) *Cf. N. 8144 not. 3.*

**8079<sup>a</sup>** Mallius Tigrinus | ob refrigerium c. . . | domum aeterna[em] |  
vivos fundavit.

*Interamnae (Terni) (XI 4542 vidit Bormann).* *Christiana sine dubio, cf.  
de Rossi bull. arch. crist. 1880 p. 38.*

8080 in hoc cepotaphio maceria cinctum<sup>1</sup> | Anniae Maximinae et Anniorum | Celerionis Maximini et Celerinaes | filiorum eius, | quae est domus aeternalis.

*Puteolis (X 2066 saepius descripta saec. XVI—XVIII). — 1) Cincto.*

8081 Manilia Paula | de parcimonio suo | sibi et | Aelio Paulino | conpari suo | domum aeternam<sup>1</sup> posu.

*Polae (V 195 semel descripta). — 1) Adde infra N. 8256. 8240, cet.*

8082<sup>a</sup> d. [m.] s. | Calendioni | patri piissimo, | vixit annis XXXV, | ut bene et me|rito credatur | procreasse filium, post mul|tum temporis | intervallum | reliquias recol|lectas tumu|lum tibi consti|tui aeternae do|mus ego | Primus Aug. n.<sup>1</sup>, | adiutor tabul.<sup>2</sup>, | filius.

8082<sup>b</sup> d. m. s. | Veneriae | piissimae matri, | vixit annis L, | post obitum | tuum, piissima | mater, quae|que fuerunt | tibi, funeri la|ta sunt sepelli|ta et post reli|quias recol|lectas, ut molli|ter essent, tumu|lo conditas ef|feci ego | Primus Aug. n., | adiut. [tab.<sup>2</sup>, f]ilius.

*Lamiggigi (Seriana) in Numidia (VIII 4572. 4575 vidit Wilmanns). — 1) Augusti nostri (servus). — 2) Adiutor tabulariorum.*

8083 d. m. s. | Flavius Don|atus sacerdos | qui vixit annis | p. m. CV, discessit VII | kalendas Iunia|s, Flavius Moni|mus, Faustus fili | patri karissimo | et b. m. domum Ro|mulam<sup>1</sup> istitue|runt, anno pp.<sup>2</sup> CCCLXIII<sup>3</sup> (*palma quadrupes palma*).

*Lalla Maghnia Mauretaniae (VIII 9966 bis ut videtur descripta). — 1) Haec sepulcri appellatio hoc tantum Mauretaniae loco reperta (VIII 9967 cet. 24784. 24799 seq.). — 2) Scr. pr. — 3) A. p. Chr. 402 (cf. supra N. 6876 not. 1).*

8084 d. m. s. | C. Iulio Satur|nino patri dul|cissimo, C. Iuli|us Gitteus et | Rogatianus | fratres, fil. | eius, tumul. | constitue|runt, vita u|so annis | CVII. || d. m. s. | Aeliae Ma|tronae piis|simae matri, | C. Iulius Git|teus et Iuli|us Rogati|anus fratres hoc simu|lacrum fece|runt, vita usae | annis LXXV.

*Auziae Mauretaniae (VIII 9124 vidit Wilmanns).*

8085 Aplasia C. f. | Paullina | aras tres sibi et | Q. Corrio Antiquo<sup>1</sup> | viro suo, et | Corriae Q. f. | Paullinae | filiae suae | testamento poni ius|sit, | maceria circumdata.

*Romae (VI 42154 cf. p. 5510 saepius descripta saec. XV. XVI). — 1) Idem homo VI 46484.*

8086 d. m. | Antonia | Monnica | v. a. LXI o. t. b. q.<sup>1</sup>, | Volum|nius | Felix maritae | carissime sta|tuam et aras | duas<sup>2</sup> uno nomi|ue scriptas me|renti constitu|it.

*Prope Constantinam rep. (VIII 7202 cf. p. 4848 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) Ossa tibi bene quiescant. — 2) Similiter XII 2674: aras duas ... poni curavit.*

**8087** ara | ossuaria<sup>1</sup> | Vetilia[e M]nasidi | coniugi Asteri, | concessa | a Ve[t]ilio Ingenuo.

*Romae* (VI 28646 vidit Zoega). — 1) Cf. supra N. 4745: ossua posita .. ara; N. 4955: hoc sepulcrum sive ara cum suis maceris cet.

**8088** A. Paxaea | A. l. Nardis | titulum memoriae | suae fecit et suis, | Primo f., qui decessit | annorum XXX, | patrique eius | A. Paxaeo Philoxeno | [e]t A. Paxaeo Rufo | . . .

*Romae rep. inter vias Salariam et Pincianam* (VI 56058 vidit Gatti).

**8089** d. m. | Aur[e]l. Filocurius fecit se bibo | sibi et Ulp. Eupropie coiugi me[m]oriolam cum ortulo sumiacen[te], subus libertis libertabusq. | posterisq. eorum. | Εὐψύχτ<sup>1</sup>.

*Romae* (VI 45102 servavit Fabrettius). — 1) Cf. N. 8170.

**8090** d. m. | Aurelius Vitalio hanc memoriam<sup>1</sup> | cum solario et cuculo a solo fecit | sibi et Aeliae Sofiadi coiugi suae et | filis suis, et Aurelio Mercurio fratri | suo cum filis suis, et Aurelio Berne cum | suis, et Ulpio Secundino cognato meo | cum filis suis, meis fratribus, | et libertis paternis et libertab[us]sque | sed et meis posterisque homnium | aeorum et quibus me vivo loca | donavi, iuveo itum amvitum | universos abere. Et hoc peto | aego Syncratius<sup>2</sup> a bobis unibersis | sodalibus, ut sene bile refrigeretis. | Syncratorum<sup>2</sup>.

*Praeneste* (XIV 5523 ter ut videtur descripta saec. XVII. XVIII). — 1) Cf. supra N. 2780, cet. — 2) Nomen sodaliciarium, cf. supra N. 7947 not. 4.

**8090<sup>a</sup>** hunc munimentum | in fr. p. XIII, in agro | p. XVI a solo et ab ascia<sup>1</sup> | Aelia Isigenia Ti. Cl. Zenati | memoriam marito suo | dulcissimo et sibi libertis liber[tabus]que suis posterisque | eorum fecit.

*Literni rep., est Romae* (VI 40921. X 5747 vidit Henzen). — 1) Similiter VI 8931: se vivo ab ascia fecit. Cf. ad N. 8109.

**8091** Baebia Victoria fecit sibi et | Antonio Timocrati eq. R., mari[ti] suo, libertis libertabusque | utrorumque posterisque eo[rum]. concessam sibi partem | monumenti a Corneliis Zotico | et Epictetiano et Corneliam Drau[en] porticum cum aediculis su[is] et cubiculum quod est supra | memoriam.

*In Portu Romano rep., deinde Romae* (XIV 15319 vidit Bormann).

**8092** d. m. | C. Calpurnius Philokyrius v. e.<sup>1</sup> | et Septimia Ammas coniux | comparaverunt sibi memorias II | et C. Calpurnio Ammiano eq. R. | filio suo et libertis libertabus[que] posterisque eorum, armarium<sup>2</sup> distegum<sup>3</sup> cum ta[berna] et hortulo. Si quis hoc | armarium vendere voverit, tunc infe[ret] arcae pontificum<sup>4</sup> IS L mil. n.

*Romae* (VI 4600 cf. 54829 vidit Henzen). — 1) Vir egregius. — 2) Cf. de Rossi inser. chr. 1 419: locum armamari (sic) quadrisomum. De re cf. de Rossi Roma sott. III p. 412. Panarium de sepulcro, supra N. 7460<sup>a</sup>. — 3) sacell. cum disteg. est in t. suspecto VI 5, 5050\* (cf. ib. 2655\*). — 4) Cf. infra N. 8227 seq.

**8093** L. Ovinus Curius Proculus Modianus | Afrikanus cos. heroum<sup>1</sup> coeptum | in honorem Claudianae Eusebiae c. m. f.<sup>2</sup> | suae necessaria tutela muneitum perfecit | ad memoriam L. Ovini Afrikani c. m. p. ne|potis et suam.

*Romae* (VI 479 vidit Henzen; cf. Hübner ex. scr. epigr. 340). — 1) *Heroum etiam supra N. 4921* (?), *infra N. 8250*; VI 42405. — 2) *Clarissimae memoriae feminae*.

**8094** d. m. | Aurelius Hermias Aug. lib. | proc. k.<sup>1</sup> heroum maceria | cinctum cum superficie (*sic*) | insulae comparavit | sibi posterisque suis | itemque libertis libertab.

*Romae* (VI 8511 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Procurator kastrens.*

**8095** Corneliae L. fil. Florae uxori rarissimae | L. Marcius Ferox vir eius in solo quod ei | splendidissimus ordo concessit mauso|laeum consecravit.

*Tipasae Mauretaniae* (VIII 9293 vidit Wilmanns).

**8096** d. m. s. | Q. Gargilio Campano coniugi dulcissimo mausoleum operae (*sic*) | quadratario secundum verba testamenti eius super ~~HS~~ XVI n., qua<sup>1</sup> | dependi mandaverat, additis de suo IS VIII n., Gargilia Pacata | marita a solo omnibus impendis suis extruxit itque infra tem|pora testamento praefinita dedicavit. Pr. CLXXXXIII<sup>2</sup> VIII id. Aug.

*Auziae in Mauretania* (VIII 9109 vidit Wilmanns). — 1) *Scr. quae.* — 2) *A. p. Chr. 235* (cf. supra N. 6876 not. 4).

**8097** d. m. | have Cl. bene valeas | Ti. Cl. Firmo prin.<sup>1</sup> | leg. III Aug. | vix. an. LX, | Claudia Rufa cum | libertis et heredes | eius patrono | b. m. f. | Nam maesolaenum | Romae in praedis | suis | ex ~~HS~~ L m. n. | factum est.

*Lambaese* (VIII 2844 cf. p. 4740 vidit Wilmanns). — 1) *Principi* (cf. supra N. 2449 cet.).

**8098** d. m. | Iúliae Heliadis | Sex. Iúli Callisti | et Iúliae Nicés filiae, flaminic. Aug., | quae vixit annis | XXV ménsibus II, | Iúliae Heliane et | Callistate corpus | sororis anima sua | sibi carioris ab | urbe adferri | curaverunt et | sarcophago in|tra maesolaenum | condiderunt.

*Lugduni* (XIII 2181 vidit Hirschfeld).

**8099** d. m. s. | Nampha|mo Homu|li fil. sibi | et uxori | moesoleum | [*fecit*] usque | ad murum | [*p*]ublicum | et [*s*]emitam vi|cinalem.

*Mograwa prope Mactorim Byzacii* (VIII 688 cf. p. 4229 vidit Wilmanns).

**8100** d. m. s. | L. Attius Nisus | vixit annis LII | mens. I dies V, | h. s. e. S. t. t. l. | Hoc misolio | sub ascia est<sup>1</sup>.

*Ossonobae (Faro) in extrema Lusitania* (II S. 544 descr. Stadius da Veiga homo accuratus). — 1) *Cf. XIII 2494*: hoc opus sub ascia est; *praeterea N. 8141 not. 5. Maesolea praeterea infra N. 8101. 8578. 8580.*



**8101** d. m. | Q. Caecil|us P. fil. Quir. | Victori|nus, qui pre|cepto patris | carissimi | paruit et meso|leum cum trib|unal.<sup>1</sup> et aralibus<sup>2</sup> | perfecit, v. a. LV, h. s. | e.

*In monte Msid Sidi Aischa Numidiae (VIII S. 19929 = Eph. epigr. 5, 912 descr. Goyt). — 1) Cf. infra N. 8110. — 2) Aralium vocabulum praeterea non repertum.*

**8102** [mem]oria[e] et innocentiae | . . . ci qui vixit ann. V m. III bidu[o | ei] . . . ae filiae, quae v. m. VII dieb. X, | e[*t Pri*]mitivae coniugi, matri eor|um, Gaius Aug. libertus. Si qui | [a]utem temptaverit eunde|*m* monumentum quod | appellatur pyramis in ali|quo, inferevit fisco d. n.<sup>1</sup> I L I<sup>2</sup>.

*Sigus Numidiae (VIII S. 19174 = Eph. epigr. 5, 868 vidit J. Schmidt). — 1) Domini nostri. Cf. N. 8255 (not. 2) cet. — 2) Lectionis incertae (in fin. fortasse libra una, cf. N. 8250).*

**8103** d. m. s. | P. Licinius The|mistocles qui | et Probatius, lib.<sup>1</sup> | Procili Crispini | proc. Auggg.<sup>2</sup> bene | merenti cupam<sup>3</sup> | fecit. | H. s. e.

*Carthagine rep. in eodem sepulcro in quo N. 1350, est Parisiis (VIII S. 12595 vidit A. Schoene). — 1) Liberto (nomen proprium liberti videtur omissum). — 2) Procuratoris Augustorum trium, cf. Mommsen C. I. L. VIII p. 1556<sup>a</sup>. — 3) Cupae vel cupulae vocabulum de sepulcris potissimum in Africa adhibitum (VIII 9592: cupulam superstitem rogus eius; in urbe infra N. 8104 seq. et VI 2734; in Hispania II S. 6178); cf. Schmidt Philol. 46, 1888 p. 166.*

**8104** d. m. | Olus Puplicius Polyti|mus, tutor Titi Flavi A|gathangeli, pupilli sui matri | Sexctae<sup>1</sup> Fortunatae defu|nctae locum emit, massam | calcavit<sup>2</sup>, cupam edificavit; de bon|is eius omnibus consummat. X<sup>3</sup> CCXXV, cur. | fac.

*Romae (VI 25144 p. 5551 ter ut videtur descripta saec. XVII). — 1) Sic duo testes boni. — 2) Cf. VI 29976: tabula pumice et testa . . . massa calcata . . . — 3) Denariis.*

**8105** M. Aurelius Sostr|atianus Straton.<sup>1</sup> | fecit Fabiae Laetae | coiugi, sanctissimae | feminae, cupulam | structilem, quae|e vixit annis | XXXIII. | Χαίρεται<sup>2</sup>. Ταῦτα<sup>3</sup> . . .

*Romae (VI 15256 vidit Henzen. Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1479). — 1) (Domo) Stratonicea? (Momms.). — 2) Χαίρετε. — 3) Similiter Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2542: Χέρετε [τ]αῦτα. Cf. supra N. 8077. VI 8925: Παλλάδι, ταῦτα. VI 21812: Προζόνι, ταῦτα. XII 874: Ἀρωμάτι, ταῦτα. Infra N. 8151: hoc est quod videtis. XI 2547<sup>a</sup>: hoc est, homo, quod vides. VI 7652: de meis laboribus hoc mi solu. VI 11695 = 54046: ec ton emon panton tuto emon. IX 571 = Henzen 7599: tantum (nude positum in fine tituli).*

**8106** d. m. | D. Apuleius Ionicus | fecit Eutythiae | sorori suae et Eutycheti | filio eius; in hac cupa | mater et filius positi sunt.

*Romae (VI 12202 cf. p. 5510 vidit Smetius).*

**8107** L. Caecil|us Isio | fecit se vivo sibi arca | hederacia, in quo | se poni iubet, v. a. L. (vas ex quo rami hederacei profisciscuntur; in utroque latere hederace).

*Romae ad viam Latinam rep., urna marmorea quadrata eleganter sculpta (VI 43756 vidit de Rossi; Beudorf et Schoene Lateran p. 403 n. 177<sup>b</sup>).*

*Arcae aperiri velantur saepissime in inscriptionibus aelatis labentis, cf. supra N. 1960. 2796 seq. 7256, infra N. 8247 seq.*

**8108** d. m. | Cuspie Aegiales. Hoc sarcophag. aperiri | n. lic.  
*Romae, sarcophagus (VI 46695 vidit Bormann).*

**8109** d. m. | M. Aurelio Augg. lib. | Elpideforo eo vivo | concessit locum dupplicem, sarcophagum | intrantibus part. dextra | L. Arruntius Felicissimus.

*Romae (VI 45078 vidit Henzen).*

**8110** P. Aelius Venerianus | hoc vas disomum<sup>1</sup> sibi et | Felicitati suae posuit et | tribunal<sup>2</sup> ex permissu pontiff.<sup>3</sup> perfecit.

*Beneventi (IX 4729 cf. p. 695 aliquoties descripta saec. XV—XVII). — 1) Bisomus (locus) est supra N. 7563; de Rossi inscr. christ. I 533. 552 alibi, bisosom-XI 2995. — 2) Cf. N. 8101. — 3) Cf. N. 8382.*

**8111** d. m. | Cl. Venustus | comparabit sibi<sup>1</sup> | hunc bascelium et | Aureliae Victoriae | coniugi suae | incomparabil, | fecerunt | sibi.

*Romae (VI 45308 descr. saec. XVI Lud. Budaeus auctor accuratus). — 1) sibi t traditur.*

**8112** d. m. | Flavio Severo | filio karissimo, | qui vix. ann. VI m. V, | Fl. Vitalis evok. et | Glycera parentes | infelicis. mas.<sup>1</sup> exstrucse. (sic) | item Africano lib. bene | merent., vix. an. XVIII. | Hic decessit lib.<sup>2</sup> XVII k. Sept., habet mas.<sup>1</sup> p.<sup>3</sup> XII, | filius karissimus decessit XVIII kal. Oc., | depositus p.<sup>4</sup> XII in vascello et | massa a.<sup>5</sup> fundus. Postea placu[it] lapide Tiburt.<sup>6</sup> ambos in se<sup>7</sup> circu[m] dare et titulum inscribere. D. c.<sup>8</sup> | Messala et Sabino cos.<sup>9</sup>

*Romae (VI 5428 aliquoties descripta saec. XVI. XVII). — 1) Massam. — 2) Libertus. — 3) Pedum. — 4) Pedibus. — 5) Aut (intellege: in massa, sive fundus est. Momms.). — 6) Cf. N. 7990 cet. — 7) Una. — 8) Dicatus(?). — 9) A. 214.*

**8113** T. Varen. T. f. Pap. Sabiniano eq. R., | flam. Laurentino<sup>1</sup>, item flam. | col. Sarmiz., dec. col. Sar.<sup>2</sup> et Apul., | e. m. v., omnib. equestrib. milit. perfunc., | Cornel. Lucilla coniux. Pila extructa sarcophagum, in quo Varenia | Probina q.<sup>3</sup> Sabiniani soror condita | erat, etiam eius corpore conlocato superposuit.

*Prope Apulum Daciae rep. (III 1198 aliquoties descripta saec. XVII). — 1) Cf. N. 5004. — 2) Decurioni coloniae Sarmizegetusensis. — 3) Quondam.*

*Structura cum munitura sartophagi (sic) supra N. 4647.*

**8114** d. m. | P. Baebius P. f. Pal. Myrtilus | et Pomponiae Spica et | Fortunalis in eo sepulchro, quod eis donatum | esset ab Humania Durracina maceriatum con|texerunt et sarcophaga fecerunt, ex quibus | I<sup>1</sup> Durracinae concesserunt, | lib. lib. q. suis post eorum. II. m. d. m. a.

*Romae (VI 45478 vidit Henzen). — 1) Unum. Cf. N. 8294.*

**8115** C. Caecilius Felix | et C. Caecilius Urbicus | locum ita uti est concamaratum | parietibus et pila comprehensis longum | p. VI, latum p. VIII, consecrarunt sibi et | C. Caecilio Rufino et C. Caecilio Materno et | libertis libertabusque posterisque eorum, | excepta Secundina liberta, impia | adversus Caecilium Felicem patronum suum.<sup>1</sup> | II. m. h. n. s.

*Romae (VI 15752 Bormann vidit partem).* — 1) *Cf. N. 8283 seq.*

**8116** C. Plarius Privatus sen. se vibo cessit Pla|ri|ae Privatae libertae suae de se bene me|renti ad|cumbitorium cum conditi|bum<sup>1</sup>, quod est longum pedes VI lat. | p. IIII, ita ut liceat ei itum aditum | ambitum<sup>2</sup> humandumve sacrificandum<sup>3</sup> caussa | habere —<sup>4</sup> Plari ave!<sup>5</sup> — | parte se-  
nesteriori ubi positum est | ossuarium Plarii Ianuarii.

*Ostiae (XIV 1475 semel descripta saec. XVI).* — 1) *Conditivi vocabulum saepius adhibitum Ostiae, cf. supra N. 7922, semel in Hispania II 5444 (conditivom cubiculum in l. quem infra dabimus Buecheler 1563).* — 2) *Cf. N. 8552 seq.* — 3) *Requiritur humandi sacrificandive.* — 4) *ti insertum in apographo, nescio quo errore.* — 5) *Cf. N. 8124 seq.*

**8117** hoc vigiliarium<sup>1</sup> | pertinet at heredem | Aeliae Neuresidis | L. Gettium Amandum, | is L. Gettio Hilari|ano filio et heredi, | et lib. lib. post. eor. | In f. p. XXVI, in ag. p. XXXIIS.

*Ostiae, iam Romae (XIV 527 vidi).* — 1) *Cf. N. 7922.*

**8118** (*protome muliebris*) trichlia<sup>1</sup> | Marciae Martialis.

*Caesareae Mauretaniae (VIII S. 21269 Schmidt vidit ectypum).* — 1) *Cf. supra N. 1752. 7926. 8063<sup>c</sup>. Marquardt Privatl. d. Roemer (ed. 2) p. 370 not. 2. Huelsen Roem. Mitth. 1890 p. 48.*

**8119** dis m. | M. Lollio Aeschine (*sic*) | Lollia Helene mater | filio benemerenti, v. | annis XVIII dieb. V, | haec hydria posita est<sup>1</sup>; | itum ambitum | permissu Flaviae Theageni|ae.

*Romae, tabula marmorea (VI 2445 vidit Henzen).* — 1) *Hydria onychina supra N. 7950.*

**8119<sup>a</sup>** d. m. | hydria | Umbricies Pies. | C. Umbricius C. I. | Venustus | sibi et | Valeria | Priscae | uxori | optumae.

*Romae (VI 36584 viderunt Smetius aliique).*

**8120** Claudia, Octaviae divi Claudi f.<sup>1</sup> lib., Peloris | et Ti. Claudius Aug. lib. Eutyclus proc. Augustor. (*aedificiorum antiquorum ichnographia*) sororibus et lib. libertabusq. posterisq. eorum | formas<sup>2</sup> aedifici custodiae monumenti reliquerunt.

*Romae, iam Perusiae (VI 9015; imago est ib. 29847<sup>a</sup> p. 2898, item apud Iordan forma urbis tab. XXXIV, 4; Huelsen Mitth. des roem. arch. Inst. 1890 tab. III cf. p. 46 seq.).* — 1) *Cf. supra N. 222 (not. 5); 1786. 1788.* — 2) *Formarum vocabulo (primae litterae nunc perierunt, olim descriptae) ipsa ichnographia in lapide superstes significatur. Tractavit Huelsen Mitth. l. c.*

## 8121

hoc est factum monumentum<sup>1</sup> | Maarco Caicilio. |  
 Hospes, gratum est quom apud | meas restitistei seedes: |  
 bene rem geras et valeas, | dormias sine cura.

*Romae in via Appia, lapis Tiburtinus litteris vetustis (I 4006. VI 45696; imaginem Ritschl tab. LXIX D). Versus sunt Saturnii: Buecheler carm. epigr. 41. 'Litterarum forma et geminatio vocalium et cura Acciana tempora produunt' (Buech.).*  
 — 1) *Similiter N. 7460<sup>b</sup>.*

## 8122 M. Staius | M. I. Chilo | hic. |

heus tu, viator las|se, qu[<sup>i</sup>] me praete|reis, |  
 cum diu ambula|reis, tamen hoc<sup>1</sup> | veniundum est tibi<sup>2</sup>.

In fr. p. X, in ag. | p. X.

*Prope Cremonam rep., est Mediolani (I 4434. V 4444 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 419. — 1) Cf. N. 8449 not. 2. — 2) Similiter IX 2128 = Buecheler 83; XII 5270 = Buecheler 242.*

*Carmina huius generis dedimus iam supra N. 4932. 7703, alibi. De sententia cf. ad N. 7944.*

8123 Eros | Servili | M. ser.<sup>1</sup>, | salve<sup>2</sup>.

*Romae (VI 34285 vidit Mommsen). — 1) De nominis forma iam cf. Oxé mus. Rhen. 1904 p. 425. — 2) Sic in bilingui supra N. 6205 (Graece: χαῖρε) et alibi passim (N. 7752. 7794).*

8124 ave<sup>1</sup>, Sexti | Iucunde! | vale<sup>1</sup>, Sexti Iucunde!

*Luxemburgi, alicubi in agro Treverorum ut videtur rep. (XIII 4280 saepius descripta saec. XVI—XIX). — 1) Ave — vale etiam supra N. 5424, have — et vale N. 6492, et alibi passim; havete transitores, balete transitores N. 2785.*

8125 havete | Ser. Iuli | Pardala et | Iulia Serena | filia: et tu quis-  
 quis | es, vale!<sup>1</sup> lib. lib. q. | v. f. | Iuliae Carphim. (sic) | lib.

*Concordiae (V 8699 vidit Mommsen). — 1) Similiter supra N. 6456, infra N. 8429<sup>a</sup>. 8478; VI 24758. X 4547; cf. VI 5, 45\*.*

8126 have | in aeternum | Q. Anchari | aeternumq. | Mariane | vale.<sup>1</sup>

*Lugduni (XIII 2058 vidit Hirschfeld). — 1) Cf. Vergil. Aen. 11, 97. 98.*

8127 Argenti<sup>1</sup>, havel | d. m.<sup>2</sup> L. Arrio Ho|rato (sic) Eyty|cheti (sic)  
 Acijlia Carnus | coiugi de | se b. m. f. | Argenti, tu nobis bibes!

*Romae (VI 40268 vidit Henzen). — 1) Agnomen defuncti. — 2) d. m. a lateribus tituli.*

8127<sup>a</sup> Prosdocionis ossa | hic sita sunt, vixit ann. XXV | sine contumelia;  
 dat donum | Horestes benemerenti coniugi suae. | Have! num quid vis? vale!

*Romae (VI 25092 bis ut videtur descripta saec. XVI/XVII).*

8128 Roscia . . | I. Secunda, p[ost] | Sphaeri obitum | v. a. VIII, hic sitast.  
 | Si quod sapiunt | inferi<sup>1</sup>, have! Valet, | superi.

*Romae (VI 25489 vidit Henzen). — 1) Similiter VI 6250. 44357 = Buecheler carm. epigr. 479. 480. Cf. III 6583 = Buecheler 4437: si qu(i)d Manes sapiunt.*

**8129<sup>a</sup>** Gemella, salve! | Salvete, mei parentes! | et tu, salve, quisquis es!

**8129<sup>b</sup>** ossa | Nicenis hic sita sunt. | Superi vivite (*sic*), valete! | infri (*sic*), havete, recipite Nicenem.

*Romae in monumento Statiliorum ad portam Praenestinam (cf. supra N. 7407) rep. (VI 6457. 6492 = Brizio sepulcri scop. sull' Esquilino n. 472. 473).*

**8130** ave, | Herennia Crocine, | cara sueis. Includa hoc tumulo | Crocine, cara sueis. Vixi ego, | et ante aliae vixere puellae. | Iam satis est. Lector discedens | dicat: Crocine, sit tibi terra | levis<sup>1</sup>. Valete superi.

*Gadibus (II 1821 semel, accurate ut videtur, descripta saec. XVII). Versuum centones, cf. Buecheler carm. epigr. 1566. — 1) Sic etiam supra N. 7583. 7984. 7995, infra N. 8153 seq. et alibi passim; s. t. t. l. potissimum in titulis Hispaniae, cf. supra N. 1553. 1659. 4960. 6902. 7593. 7596. 7749. 7766. 7802, sed et alibi, cf. supra N. 2430. 2654; levis sit tibi terra N. 2317, terra tibi levis sit N. 7286 (t. t. l. s. 1399).*

**8131** L. Antonius C. f. Gal. | Antullus sacerdos, | homo optumus, h. s. e., s. t. t. l.<sup>1</sup> | Te rogo praeteriens<sup>2</sup> cum | legis ut dicas<sup>3</sup>: sit tibi t. l.

*Gadibus (II 1728 vidit Huebner). — 1) Cf. N. 8130. — 2) In alio lapide Baetico II 1752 est: t. r. p. dicas s. t. t. levis. — 3) Similiter X 2712 et alibi.*

**8132** have Septima, sit tibi | terra levis.

Quisqu[e]<sup>1</sup> huic tumulo pos[suit]<sup>2</sup> ardente lucer[na]m<sup>3</sup>,  
illius ciner[es] aurea terra tegat.

*Salerni (X 633 vidit Mommsen; Ritschl tab. XCVIe). Buecheler carm. epigr. 1508. — 1) Ultima littera abrasa (requiritur quisquis). — 2) Altera s videtur nescio quo errore postmodum intrusa (cf. Ritschl tab.). — 3) Cf. Marquardt Privatl. d. Römer ed. 2 p. 368 not. 4; infra N. 8566. 8568.*

**8133** bene sit nobis, Iulia | Glyconis cum filio | suo. Sit tibi terra levis.

*Romae (VI 20487 aliquoties descripta saec. XVI).*

**8134** bene sit tibi<sup>1</sup> qui | iacis intus

et tu | qui trasis et leges | hunc titulum |

opta tibi terra | leve.<sup>2</sup>

*Ostiae rep. (XIV 1875 vidit de Rossi). — 1) Similiter supra N. 7552. 8153 et alibi. — 2) Buecheler carm. epigr. 128 versus duos senarios putat improbe pronuntiatos.*

**8135** dis mánibus | M. Acutiús | Salutaris | fecit sibi et Turulliae | coniugi suae. | Bene valeas religiose qui | hoc legis!<sup>1</sup> | bene sit filis filia-  
bus meis | qui me bene coluerunt.

*Romae (VI 10558 cf. p. 5506 saepius descripta saec. XV. XVI). — 1) Cf. III 8177. 8294: bene valeas qui me salutas; similia passim.*

**8135<sup>a</sup>** Octavia Ap[ro]<sup>1</sup>, vixit | anis XXII. | Tu quicumque le[gis], | sit tibi suavite[r].

*Florentiae, Romae ut videtur rep. (VI 35979 vidit Bormann). — 1) Ἀφροῦ.*

**8136** d. m. | Aur. Gratus | vixit annis | LXXX, Aur. Gratus | filius patri | b. posuit. | Bonas vi|as viator.

*Bukaresti in museo (III 1626 p. 1424 vidit Domaszewski).*

**8137** d. m. | M. Aureli Donati | iunioris qui vixit | annis II mensibus II | diebus XVI, | M. Aurelius Donatus et | Iunia Felicitas | parntes (*sic*) filio suo | karissimo fecerunt. | Tu qui perleges vivas, | valeas, ames, ameris | usque at die tun (*sic*). B. b.<sup>1</sup>

*Romae (VI 13075 vidit Henzen). — 1) Bonis bene (perscriptum in titulis sepulcralibus VI 14401. VIII 7741; b. b. etiam supra N. 4432. 4493. 8026, alibi, potissimum in Africa, cf. C. I. L. VIII p. 1104; adde VI 27964 = Orell. 2844; X 2446).*

**8138** d. m. | Cassiae Festae | L. Arruntius Sta|chyus fec. coniugi karissimae b. m. | et Sex. Gellio Fes|to filio et Hygiae | vernae. Havete | amici et amicae | boni, Eutyche et Oecono|me et Princeps, ago | memoriae vestrae | gratias, b. b.<sup>1</sup>

*Romae, nunc Urbini (VI 14337 vidit Bormann). — 1) Cf. N. 8157.*

**8139** Bonus eventus<sup>1</sup>. — Have, | C. Silici Romane Tha[g]orensis<sup>2</sup> et | [E]rucia<sup>3</sup> Victoria. Dii vobis bene faciant<sup>4</sup>, | amici et parentes, | habeatis deos | propitios; salvi huc ad alogiam<sup>5</sup> | veniatis, hilares cum omnibus.

*Romae (VI 26554 vidit Henzen). — 1) Sic etiam in alio titulo sepulcrali, supra N. 1967. — 2) E Thagora Numidiae. — 3) 7 (fortasse signum interpunctionis) Frucia excepit Henzen. — 4) Similiter supra N. 6156. — 5) Idem vocabulum VIII S. 20534. Significatur cena funeraticia; cf. C. Gloss. Lat. V p. 163, 27: alogia convivium Graece (cf. ib. VI p. 34); Augustinus ep. 56 [86], 9. 11. 19.*

**8140** (*ascia*) | have Modii, | have Gemina. | Diis manib. | et memoriae | Septiciae Geminae | feminae sanctiss. | uniusq. marita[e], | L. Modius Annianus | coniugi karissimae | suiq. amantissim., | quae vixit cum eo | in matrimonio | annis XXX, | et sibi vivus fecit. | Amice, lude, iocare, veni<sup>1</sup>.

*Lugduni (XIII 2216 vidit Hirschfeld). — 1) Pentametri clausula (Borm.).*

**8141** d. (*ascia*) m. | et memoriae aeternae | M. Aureli Faustini<sup>1</sup> infantis dulcis|simi et incomparabili (*sic*), qui | vixit annis VIII m. II d. XIII, | qui sibi ante mortem ro|gavit quam parentibus | suis, C. lul. Maximus filias|tro et Aurelia Faustina | mater. unico filio deso|lat. p. c.<sup>2</sup> et sub ascia dedi|caverunt.<sup>3</sup> Multis annis | vivat, qui dixerit: Arpagi<sup>4</sup>, | tibi ter-ram levem.

*Lugduni (XIII 2075 vidit Hirschfeld). — 1) Faustini inter versus minoribus litteris adiectum. — 2) Ponendum curaverunt. — 3) De hac formula, Lugduni potissimum (cf. supra N. 2512. 2589. 2405. 2407. 2463. 7028 seq. 7279. 7559 seq. 8050. 8054. 8079), sed etiam alibi (supra N. 7000; III 1742; cf. supra N. 8100) reperiri solita cf. Hirschfeld C. I. L. XIII, 1 p. 256 not. 1—4. — 4) Cf. XIII 2065: Arpagi dulcissime; adulescentes praematura morte ereptos hoc vocabulo (potissimum) designari putati Allmer (rev. épigr. 2 p. 170).*

8142

*(statua mulieris)*

d.

L. Pullidio Phoe|biano

Seppia Iusti|na con-

iugi incompa|rabili,

cum quo | vixit annis

XLII, | b. m. f,

*(statua viri)*

m.

Amanti<sup>1</sup> men|dax<sup>2</sup>,

vale!

Amanti<sup>1</sup>, χαῖρε!

*Pietra de' Fusi agri Beneventani (IX 2105 vidit Dressel). — 1) Signum Phoe-*  
*biani. — 2) Decepit uxorem quod eam reliquit (talìa saepius reperiuntur in ti-*  
*tulis infantium).*

8143

vale |

Euse|bi

*(ascia)*

Caesoniae Donatae, quae vixit annis | XXXXVII

m. . . d. XI horis IIII, Candidus Aug. | n. verna

ex test. coniugi bene merenti | posuit. *(ascia)*Eusebi have et vale. | Loc. lib.<sup>1</sup> *(ascia)*

ave |

Euse|bi

*(ascia)*

*St.-Ferreux prope Vesantionem, sarcophagus rep. a. 1694, dudum perit (XIII*  
*5586 accurate ut videtur descripta). — 1) Loco libero (Momms.), qui confert III*  
*2119: introito libero.*

8144 Dul. Mater<sup>1</sup>. | Sallustius Honoratus Clau|diae Extrikatae matri  
karissimae. | Quod tu mihi vel<sup>2</sup> quos miseris ex|orbatos reliquisti de-  
buisti face|re. Haec cum scriberem, lacrimis | atramentum temperavi.  
Dulcis|sima mater filiis salutem. Quid statis et recitatis titulum monu-  
menti | mei? XLV annis vobis vixi in | XLVI excidi, quando datum est.

*Caesareae Mauretaniae (VIII 9513 p. 1984 Cagnat vidit ectypum). — 1) Prima*  
*utriusque vocabuli littera maior videtur fuisse, ut significaretur D. M. — 2) Vi-*  
*detur intellegendum esse: feci ego quod tu mihi vel fratribus meis cet.*

8145 d. m. | Fulvius Charisius in hypogeo [ollas?] | instruxit n.  
XIII sibi et suis lib[ertis]. | Charisi, habe! Et tu qui leges, be[ne valeas!] |  
Ego omnibus meis bene feci et qu[os contem]psi per errore, ignoscetis.  
De cet[eris hoc] | isciatis, amici: tres uxores h[abui: eas] | quidem dolui,  
set non sunt qua[lis quam] | modo quartaria sortem<sup>1</sup> ductam su[perstitem  
relinquo].

*Romae, deinde Florentiae (VI 18659 vidit Henzen). — 1) Scr. sorte.*

8146 *(sandalii figura)* d. m. *(sandalii figura)* | Sandalius | dicit: am-  
bula, | sequaere me cum oeno|foru, cum calice et tapan|tione<sup>1</sup>.

*Romae (VI 25861 saepius descripta saec. XVI—XVII). — 1) Sic Fabrettius*  
*et Marinius (tapantiome Knibbius). Vocabulum derivatum putat Furlanettius a*  
*τὰ πάντα.*

8147 Lagge filii, | bene quiescas, | mater tua rogat | te ut me<sup>1</sup> ad te |  
recipias<sup>2</sup>. Vale. | P. q. XV.

*Narbone (XII 4958 ter quatterve descripta saec. XVI—XVII). — 1) Scr. se*  
*(sic in t. Narbonensi Octavii Silani nuper reperto Bull. Comité arch. 1901 p. CXXXII).*

— 2) *Paene eadem verba in alio t. Narbonensi (not. 4), item VIII 9691 = Buecheler arm. epigr. 151.*

**8148** Labeo Thyrso: rogo te, expedi mi hospitium<sup>1</sup>; | nam quod hic ad superos mi dedisti, eiectus sum. | Thyrsus Labeoni: veni; omnia | parata sunt ad me.

*Puteolis in tectorio sepulcri scariphatum (X 2641 vidit Bruzza). — 1) Similes sententiae supra N. 1849; VI 14528 = Buecheler arm. epigr. 1559 v. 4; VI 29642 = Buecheler 1292: pr(a)ecesti hospitium dulce parare tuis; item N. 7535 fin.*

**8149** A. Livius Strato sevir | Augustalis idem q̄q.<sup>1</sup> et Livia | Euty-  
chia uxor fecerunt se vivi | et Liviis Zotico Stratoni Strato|nice et Euty-  
chiano filis suis, et | libertis libertabusque posterisqu[e] eorum, | cessum  
sibi ab A. Livio Agrippa et C. | Caetranio Primitivo et C. Caetranio | Vita-  
lione. | Strato dicit: amici, hoc at (*sic*) securos<sup>2</sup>.

*Ostia Romam ablata (XIV 580 vidit Henzen). — 1) Cf. supra N. 6156 cet. — 2) Hoc (= huc, cf. Ritschl opp. 4, 242; supra N. 8122, infra N. 8150) ad securos, sc. venietis. Cf. supra N. 7548: v. v. aliquando securus sum (Momm.).*

**8150** v.<sup>1</sup> Ti. Latinius Ti. L. Dorio | e<sup>2</sup> Agrasia T. I. Rufa | hoc<sup>3</sup>  
mansum veni IIII k. Sept. | P. Sulpicio C. Valgio Rufo | consulibus<sup>4</sup>.

*Romae, nunc Veronae (VI 21158 vidit Mommsen). — 1) Vivus (cf. N. 8072 not. 1). — 2) Cf. supra N. 6965. — 3) Cf. N. 8149 not. 2. — 4) A. u. c. 742.*

**8151** d. m. s. | memorie | Clodi Proc|essi. Multis | annis na|vi-  
gando | [e]t peregrinan|do hanc sede peti, | hanc quoque | [d]omum  
aeterna | mihi vius posi et | conigi (*sic*), et hoc es|t quod videtis<sup>1</sup>. A|nici,  
valete. V. a. | LXXXV. O. t. b. q.

*Sigus Numidiae (VIII 5749. 19146 vidit Schmidt). — 1) Cf. supra N. 8105.*

**8152** XL<sup>1</sup> mensa. | Haec est aeterna | domus et perpetua | felicitas  
et | de omnibus meis | hoc solum meum: | Aper fidelis | in pace vixit  
anis LXV, | dep. eius X kl. Sep. a. p. CCCXXI<sup>2</sup>.

*Beni Fuda Mauretaniae (VIII 10927. 20375 vidit Purgold). — 1) Numerus fortasse postea additus. — 2) A. p. C. 560 (cf. supra N. 6876 not. 1).*

**8153** (*larva, corona, larva*) Cn. Pompeius | Euphrosynus | et Iunia  
Gemella | uxor | ex bonis suis hoc | sibi sumps|erunt.

*Neapoli (X 2861 vidit Mommsen).*

**8154** L. Runnius Pa[p.?] | Cn. f. Pollio |  
| *Eo*<sup>1</sup> cupidius perpoto in monumento meo, |  
quod dormiendum et permanendum | heic est mihi.

*Narbone (XII 5402 semel ut videtur descripta saec. XI<sup>1</sup>). Buecheler arm. epigr. n. 188. — 1) Supplevit Ritschl opp. 4 p. 242.*

**8155** P. Clodius P. f. Ste. Pius, leg. XX[X]<sup>1</sup>. |  
Dum vixi, vixi quomodo | concedet ingenuom.  
Qu[od] comedi et ebibi<sup>2</sup>. tantum meum est.



*Beneventi (IX 2114 vidit Dressel). Buecheler carm. epigr. n. 187. — 1) Cf. supra N. 2255. Lapis temporum Augusti. — 2) Cf. ad eam quae sequitur.*

8155<sup>a</sup> d. m. | T. Flavius | Martialis hic | situs est.

Quod edi | bibi, mecum habeo<sup>1</sup>; quod reliqui, | perdidit. |

V. a. LXXX. | In f. p. V, in a. p. . .

*Romae, iam Sinigagliae (VI 18151 vidit Bormanu). Buecheler carm. epigr. n. 244. — 1) Similiter in lapide Moesico III 14524: quot comidi, mecum aveo. Cf. epitaphium quod credebatur Sardanapalli apud Strabonem 14 p. 672 aliosque, Latine ap. Ciceronem Tusc. 5, 35, 101.*

8156 d. m.<sup>1</sup> Cerelliae Fortunatae<sup>2</sup> coniugi carissimae, cum qua v.<sup>3</sup> ann. XL s. u. q.<sup>4</sup>, | M. Antonius Encolpus<sup>5</sup> fecit sibi et Antonio Athenaeo | liberto suo karissimo et libertis libertabusque eorum | et posteris, — excepto M. Antonio Athenione, quem veto | in eo monumento aditum habere<sup>6</sup>, neque iter ambitum | introitum ullum in eo habere, neque sepulturae causa | reliquias eius posterorumque eius inferri; quod si quis ad|versus hoc quis<sup>7</sup> fecerit, tunc is, qui fecerit, poenae nomine | pontificibus aut antescolaris virginum<sup>8</sup> HS L m. n. inferre de|bebit<sup>9</sup>, ideo quia me pos multas iniurias parentem sibi amnegaverit — | et A. Lelio Apelliti clienti karissimo: quem boluerit do[n]ationis causa sarcofa|gum eligat sibi, opter<sup>10</sup> quod in tam maua clade non me reliquerit, cuius beneficia abeo. |

Μή μου παρέλθῃς τὸ ἐπίγραμμα, ὀδοιπόρε,  
ἀλλὰ σταθεῖς ἄκουε καὶ μαθὼν ἄπι. |  
Οὐκ ἔστι ἐν Ἄδου πλοῖον. οὐ πορθμεὺς Χάρων,  
οὐκ Αἴακος κλειδοῦχος, οὐχὶ | Κέρβε[ρ]ος κύνων.  
Ἥμεῖς δὲ πάντες οἱ κάτω τεθνηκότες  
ὄστέα τέφρα [γ]εγόνα|μεν, ἄλλο δὲ οὐδὲ ἐν.  
Εἴρηγά σοι ὀρθῶς, ἔπαγε ὀδοιπόρε,  
μὴ καὶ τεθνακῶς ἀδέλεσ|χός σοι φανῶ.

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους στί|λλη (sic) χαρῖση, λίθος ἐστίν,  
μηδὲ τὸ πῦρ | φλέξεις· ἰς κενὸν ἢ δαπάνη.

Ζῶντι μοι, εἴ τι ἔχεις, μετάδος, τέφραν δὲ μεθύσκων |  
πηλὸν ποιήσεις, καὶ οὐκ ὁ θανὼν πίεται.

Τοῦτο ἔσομαι γὰρ ἐγώ, σὺ δὲ | τοῦτοις γῆν ἐπιχύσας  
εἰπέ· ὅτε οὐκ ἦν<sup>11</sup>, τοῦτο πάλιν γέγονα.

H. m. d. m. a. |

A. Laelius Apelles, in hoc monumento aditum ambitum iubeo habere. Iusso Antoni Encolpi | Olo Lelio Apelleti uno sarcofago itum ambitum habere devevet, amico optimo.

*Romae extra portam Aureliam, in villa Pamphilia (VI 14672 vidit Hensen. Inscr. Gr. Sicil. Ital. 4746; cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 509). — 1) m. inter-*

*positum in medium v. 1. — 2) Hanc esse Fortunatam uxorem Trimalchionis Petroniani, Encolpium autem eius maritum esse ipsum Trimalchionem sibi persuasit Niebuhr act. acad. Berol. 1822/3 p. 234. — 3) Vixi. — 4) Sine ulla querella. — 5) Idem VI 11985. — 6) Cf. infra N. 8285 seq. — 7) Ser. quid. — 8) Antescholarii virginum Vestalium praeterea ignoti (antescholarii vocabulum praeterea Petron. 81). — 9) Cf. ad N. 8231. — 10) De hac praepositione Charis. 2, 15 p. 250, 18. 231, 22 ed. Keil; Placidus Corp. Gloss. Lat. V p. 35 cet. Buecheler mus. Rhen. 51, 1896 p. 472. — 11) Ser. ὄτι οὐκ ὦν ἦν (Meineke) vel ὄτι ἦν, ὅτε οὐκ ἦν (Momms.).*

**8157** v. a. LII. | D. m. | Ti. Claudi Secundi, | hic secum habet omnia. | Balnea vina Venus<sup>1</sup> | corrumpunt corpora | nostra.

Set vitam faciunt | b. v. V. |

Karo contubernal. | fec. Merope Caes. | et sibi et suis p. e.

*Romae (VI 15258 cf. p. 3517 saepius descripta saec. XV. XVI; vidit etiam saec. XVII Gudius). Buecheler carm. epigr. n. 1499. — 1) Idem hemistichium III 12274c. XIV 914 (= Buecheler n. 1518) v. 3. — Ad hunc titulum fictus V 390\*.*

**8158** d. (*ascia*) et (*ascia*) m. | memoriae aetern. | Blandinae Martioliuae puellae | innocentissimae quae vixit | ann. XVIII m. VIII d. V, Pompeius | Catussa cives<sup>1</sup> Sequanus tec|tor<sup>2</sup> coniugi incomparabili | et sibi benignissime, quae me|cum vixit an. V m. VI d. XVIII | sine ula (*sic*) criminis sorde; vius | sibi et coniugi ponendum cu|ravit et sub ascia dedicavit<sup>3</sup>. | Tu qui legis, vade in Apolinis (*sic*) | lavari, quod ego cum coniu|ge feci; vellem si aduc (*sic*) possem.

*Lugduni (XIII 1983 vidit Hirschfeld). — 1) Cf. supra N. 4635 not. 1. — 2) Cf. N. 7667 seq. — 3) Cf. N. 8144 not. 5.*

**8159** Seia T. f. Marcellina sibi et | Vibennio Marcellino filio | viva posuit. | Quod voluit, et potuit, quod potuit et voluit.

*Caesena (XI 368 vidit Bormann).*

**8160** dis manibus | Sexti Perpennae Firmi. | Vixi quemadmodum volui; | quare mortuus sum, nescio.

*Romae (VI 25942 reperitur in syllogis saec. XV, unde pendent posteriores: videtur genuina).*

**8161** lege<sup>1</sup> et crede! | hoc est, sic est, aliud fieri non licet<sup>2</sup>.

*Romae, nunc Catai, sarcophagus, in quo sculpti viri equos ducentes (VI 29952 vidit Mommsen; Dütschke antik. Bildwerke Oberital. V 466). Buecheler carm. epigr. n. 247. — 1) Sic antiquiores nonnulli, pro vocabulo deperdito nunc videtur esse restitutum rege (re[spic]e Dütschk.). — 2) Cf. VI 19007: hoc es[est]; sic est; aliu[t] fieri non potest; hoc ad nos (subscriptum carmini Buecheler 362).*

**8161<sup>a</sup>** M. Ogulnius | M. l. Rufio | hic est et non | est.

*Romae in monumento familiae Marcellae, cf. N. 7879 (VI 4632 vidit Henzen).*

**8161<sup>b</sup>** Antipatra | dulcis tua, | hic so et non so.  
*Neapoli, nunc Florentiae (X 2070 vidit Mommsen).*

**8162** d. m. s. | Aureliae Vercel|lae coniugi dulcis|simae, quae vixit  
 plus | minus annis XVII. Non | fui, fui, non sum, non desidero<sup>1</sup>. | An-  
 thimus maritus eius.

*Lambaesi (VIII 3465 p. 4746 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) Cf. VI 9258*  
 — *Orell. 4811: non fui et so, non ero, non mihi dolet. Bull. du Comité des trav. hist.*  
*1891 p. 236: non fui et fu, non su, quid ad me. Eadem Graece, Kaibel epigr. 1117*  
 — *Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1201: οὐκ ἦμην· γενόμην· ἦμην, οὐκ εἶμι· τοσαῦτα. ib. 1879:*  
*οὐκ ἦμην καὶ ἐγενόμην, οὐκ εἶμι καὶ οὐ ληποῖμαι. Ramsay cities of Phrygia*  
*I 2 p. 700 n. 635. Paulo aliter VI 15528 (= Buecheler carm. epigr. 1559) v. 15:*  
 quod fueram, non sum, sed rursus ero quod modo non sum. *Tertull. apol. 48:*  
*qui non eras, factus es; cum iterum non eris, fies.*

**8163** d. i. m.<sup>1</sup> | non fui, fui, me|mini, non sum, | non curo. Do|n-  
 nia Italia an|norum XX hic | quiesco. C. Muna|tius et Donnia | Calliste  
 l. piissimae.

*Lactorae in Aquitania (XIII 550 vidit Hirschfeld). — 1) Dis inferis manibus.*

**8164** . . . . | uxori, | M. Allio M. f. Festo | filio, | Hostiliae C. l. Se-  
 verae. | N. F. F. N. S. N. C.<sup>1</sup>

*Palavii (V 2895 vidit Mommsen). — 1) Non fui, fui, non sum, non curo*  
*(sic primus Cavedonius). Similiter V 1815: n. f., n. s., n. c.*

**8165** d. m. | Primitiva ha|ve. Et tu quis|quis es, vale<sup>1</sup>. Non |  
 fueram, non sum, | nescio, non ad me | pertin.<sup>2</sup> | Alexand. actor con-  
 iugi kar.

*Latisanae inter Aquileiam et Concordiam, postea ut videtur Meldulae in Fla-  
 minia (V 1959. XI 6545 videtur vidisse Smetius). — 1) Cf. N. 8125. — 2) Versum*  
*subesse putat L. Havet revue de philologie 1896 p. 101.*

**8166** dis | manibus | sacrum | C. Tulli Epaphrae | et | Tulliae Sym-  
 pherusae | optumae coniugi. | (*In latere*):

Olim non fuimus, | nati sumus, unde | quieti  
 nunc sumus | ut fuimus, | cura relicta vale. |

Et tu!

*Prope Cantalupo in Sabinis rep., est Pisauri (IX 4840 vidit Bormann). Bue-  
 cheler carm. epigr. n. 1496.*

**8167** d. m. | M. Iul. Alexander | veteranus leg. III | Aug. ex optione,  
 vix. | annis XLV (*sic*), et di|xit:

Non fueras, | nunc es, iterum | nunc desines es|se.  
 Hic situs est patri|ae.

Q. Ventidius Afri|cus veter. socio di|gnissimo fecit.

*Lambaesi (VIII 2885 vidit Wilmanns). Buecheler carm. epigr. 800.*

**8168** cara meis<sup>1</sup> vixi, virgo vitam reddidi, |  
 mortua heic ego sum et sum cinis, is cinis terrast, |

sein est terra dea, ego sum dea, mortua non sum<sup>2</sup>. |

Rogo te, hospes, noli ossa mea violare. |

Mus, vixit annos XIII.

*Romae (VI 53887 descr. Gatti Bull. com. 1887 p. 150). Buecheler Carm. epigr. n. 1532. — 1) meis primum scriptum erat. — 2) Similiter VI 29609 = Buecheler Carm. epigr. n. 974: mortua hic sita sum, cinis sum, cinis terra est, terra dea est, ergo ego mortua (sic) non sum.*

**8169** P. Aelio Sabino, q. vixit annos XXIII dies XLV, | Antonia Thisipho mater filio pientissimo. | Θάρσει, | Εὐγένει<sup>1</sup>. | οὐδεις | ἀθάνατος.

*Dertonae, sarcophagus in quo sculpta est fabula Phaetontis (V 7380 vidit Mommsen). — 1) Eugenius signum fuit Aelii Sabini; cf. Wilhelm Bormannheft der Wiener Stud. p. 568.*

**8170** d. m. | C. Licinio | Midoni | b. m. | Grania Epi|ctesis | fecit con|jugi dulci. | Εὐ|ψίχτι, Μίδων· | οὐδεις ἀ|θάνατος<sup>1</sup>. | καὶ ὁ Ἡ|ρακλῆς | ἀπέθαινε.

*Romae (VI 21278 vidit Henzen). — 1) Similia passim in inscriptionibus Graecis Italiae, cf. Inscr. Graec. Sicil. Ital. p. 762; Latinis litteris in titulo Ostiensi XIV 603: eupsychi, Nicarete! udis athanatos (Latine eupsychi VI 47212).*

**8171** d. m. | Iulia Politice, | doe se | Osiris | to psycron | hydor.<sup>1</sup>

*Romae, nunc Urbini (VI 20616 vidit Bormann). — 1) Similiter Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1488: εὐψίχτι, κυρία, καὶ δοί(η) σοι ὁ Ὅσιρις τὸ ψυχρὸν ὕδωρ; eadem ibid. 1782; 1842: ψυχρὸν ὕδωρ δοίη σοι ἀναξ κτλ. Cf. ibid. 2098: εὐψίχτι μετα τοῦ Ὅσειριδος. Adde Revue archéol. 1887 1 p. 199 n. 2, p. 201 n. 5.*

**8172** rogo | ni | noceas.

*Romae extra portam Latinam rep. (VI 6825 vidit Henzen).*

**8173** né tangito | ó mortalis, | reverére | manes deos.

*Romae (VI 5075 vidit Mommsen; aliud exemplum VI 29948). Cf. Buecheler 16.*

**8174** Pontia Prima | heic est sita. | Nolei violare.

*Romae (I 4081. VI 24752 servavit Ficoronus).*

**8175** Staberiae P. l. Florae ossa | heic sita sunt. | Rogo | te, mi | viator, | noli mi | nocere — rogo | te, mi | viator, | noli | mi | nocere<sup>1</sup>.

*Capuae (X 4532 vidit Mommsen). — 1) In alio titulo Campano X 4055: rogo te viator ni nocias meo. . (meos bono Genio nonnulli, male).*

**8176** ossa hic sita | sunt Auctaes | Apustiae Rufae qu|ae fuit; rogo per supe|ros, qui estis, ossa mea tueatis.

*Romae, iam Veronae (VI 42802 vidit Mommsen).*

**8177** per deos superos | inferosque te rogo, ne | ossuaria velis violare. | M. Calpurnius M. l. Sulla. | Calpurnia M. l. Fausta, liberta.

*In agro Tusculano rep. est Romae (XIV 2555 vidit Henzen).*

**8178** A. Terentius Terentiae | Domiti l. Heracleo. | Quisquis es, homo, et vos sodales meos cunctos | rogo per deos superos inferosque, ni | velitis ossa mea violare.

*Romae (VI 3886 vidit Henzen).*

**8179** dis manibus | C. Larinatis Attici. | Quod si quis ossa | eius preiecerit aut | hanc aram apstulerit, | habebit sacra Isidis | illius<sup>1</sup> quieta irata (*in latere dextro urceus, ex quo anguis exit; in lat. sin. sistrum et patera*).

*Romae (VI 24129 vidit Henzen).* — 1) *Sc. defuncti (cui videtur tribui Isis sua). Ad hunc titulum fictus X 487\*.*

**8180** dis manibus | C. Pontuleni | Coeni Pontulena Prepusa | mater et Delphicus pater | filio fecerunt, vixit annis V | menses XI et dies XXVIII. | Il. aram s. q. l., h. i. i.<sup>1</sup>

*Florentiae, Roma ut videtur adlata (VI 24760 ad exemplum Gorii).* — 1) *Hanc aram si quis laeserit, habeat Isidem iratam (sic iam Gorius).*

**8181** C. Cassius C. f. Imi[*Icar?*] | def.<sup>1</sup> publ. suis sumptibus. | Qui me commusserit<sup>2</sup>, | habebit deos iratos et | vivus ardebit, v. a. CXIII. (*Alios titulos in eodem lapide perscriptos omisi.*)

*Maclari (VIII S. 41325 vidit Cagnat).* — 1) *Defensor.* — 2) *Intellege: commoverit; cf. VI 7652: [si quis] ossua mea amoverit. Infra N. 8186.*

**8182** quisque huic | tutulo (*sic*) manus | intulerit, sale et | aqua desideret<sup>1</sup>.

*Romae (VI 29943 vidit de Rossi).* — 1) *Cf. Buecheler carm. epigr. n. 4799.*

**8183** have, dulcis! | Popilia Alexandria rarissima | femina, a. XXXV. hic sita est. | M. Ulpius Ingenus b. m. et sibi. | Dulcis, vale!

Quid lacrimas? factum est, | vir bone, vive, vale!<sup>1</sup>

Sed tibi, invide, opto, qui | ossucula mea hic sita esse | gemis, morte tardata vivas | aeger inops.<sup>2</sup>

*Romae, nunc Florentiae (VI 24800 vidit Henzen).* — 1) *Buecheler carm. epigr. n. 4299.* — 2) *Hic quoque versus subesse putat Bue.*

**8184** dis man. | C. Tullius Hesper | aram fecit sibi ubi | ossa sua coiciantur. | Qua (*sic*) si quis violaverit aut inde exemerit, opto ei, ut cum | dolore corporis | longo tempore vivat | et cum mortuus fuerit, inferi eum non | recipiant.

*Romae rep. ad viam Ostiensem (VI 56467 = Notizie degli scavi 1899 p. 274).*

**8185<sup>a</sup>** quisquis | hoc sustulerit | aut laeserit, | ultimus suo|rum moriatur.

**8185<sup>b</sup>** quisquis | hoc sustuler. | aut iusserit, | ultimus suo|rum moriatur.

*Romae (VI 29946<sup>b</sup> hanc vidit Henzen, illam dicitur vidisse Holstenius).*

**8186** dis manibu[s] | Felicis, v. m. VIII, | Volussiae Cheone Corneliae<sup>1</sup> | posuit filio suo carissimo. | Si quis huc ammuerit<sup>2</sup>, iendem<sup>3</sup> | dolorem experiscatur quem ego | experta sum.

*Romae ad viam Appiam rep. ibi ubi N. 7405 seq. (VI 7508 vidit Henzen). — 1) Intellegendum: Cheone Volusiae Corneliae. Eadem Volusia Cornelia VI 7296. Filia, ut videtur, L. Volusii Saturnini consulis a. p. Chr. 5 et Corneliae (Plin. h. n. 7, 62). — 2) Scr. hunc amoverit. — 3) Eundem.*

**8187** d. m. | Fulvius Epagathus | annor. XXV, Claudia | Monime filio piissimo | memoriam scripsit. | Quicumque eum titulum vellet removere, | eum dolorem habeat<sup>1</sup>.

*Romae (VI 7556 vidit de Rossi). — 1) Intellege: quem ego habui. Titulo Graeco L. Aelii Melitini adscriptum: μή ἐνοχλήσης τῷ τάφῳ, μή τοιαῦτα πάθης περὶ τέχνων; ne sis molestus, ne patiarus hoc, et ollas inclusas cave (VI 10756 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 4357).*

**8187<sup>a</sup>** tu ne vellis (*sic*) aliena membra | inquitare (*sic*) iacentis, dolies (*sic*) | comparabit sibi. Quod si nocueris, noceberis ab alio.

*Romae (VI 29947 vidit Henzen; cf. Huebner ex. script. 524).*

**8188** quicumque hinc clavos exemerit (*sic*), | in oculos sibi figat.

*Romae in vinea Aquariorum extra portam Latinam, 'tabella picta graphioque scripta' (VI 7191 vidit Dressel).*

**8189** hic cineres sunt | C. Iuli Hermaisci. | Quisquis hoc | sustulerit, faciat exitu | malum.

*Romae (VI 20051 vidit Dellefsen).*

**8190** dis manibus Meviae Sophes | C. Maenius Cimber coniugi sanctissimae | et conservatrici, desiderio spiritus mei, | quae vixit mecum an. XIIIX menses III dies XIII, | quod vixi cum ea sine querella, | nam nunc queror aput manes eius et flagito | Ditem, aut et me reddite coniugi meae, quae | mecum vixit tan (*sic*) concorde (*sic*) ad fatalem diem. | Mevia Sophe, impetra, si quae sunt Manes, ne | tam scelestum discidium experiscar diutius. | Hospes, ita post obitum sit tibe (*sic*) terra levis, ut tu | hic nihil laeseris, aut siquis laeserit, nec superis | comprobetur nec inferi recipiant, et sit ei terra gravis.

*Romae (VI 7579 vidit Henzen).*

**8191** post titulo | quoquo vers.<sup>1</sup> p. III<sup>2</sup>. | Dis manibus | sacrum. | L. Valerio infanti<sup>3</sup>, | raptus qui est subito, | quo fato non scitur. | Natus noctis h.<sup>4</sup> VI, | vixit diebus LXXI, | abit noctis ab<sup>5</sup> h. VI. | Quisquis eum laesit, | sic cum suis valeat. | In frontes<sup>6</sup> duo p. ter.<sup>2</sup>, | et in latera duo p. ter.<sup>2</sup>

*Romae (VI 28044 vidit Hirschfeld). — 1) Cf. infra N. 8516. 8521 seq. — 2) Pedes ternos. — 3) Infantis vocabulum cognominis loco positum, quod nondum puero inditum erat. — 4) Hora. — 5) ab videtur errore repetitum. — 6) Cf. N. 8326 cet.*

**8192** [d.] m.<sup>1</sup> memoria Valeriorum Sim[p]lici<sup>2</sup> et Constanti sibi  
suisque posterisque eorum, | heredes fecerunt, habet in a|gro ped. XXX,  
in fronte ped. XV. | Homo respice casus<sup>3</sup> et ab | aliena memoria rece|de.  
Domus h. aeterna.

*Romae (VI 28116 bis ut videtur descripta saec. XVI. XVII). — 1) d. m. vi-  
detur fuisse a sinistra et a dextra primi versus (ideo m in apographis confusum  
cum Sim[p]lici, cf. not. 2). — 2) Simm[il]ici vel Simm[el]ici traditur. — 3) Cf. supra  
N. 7519: homo violare noli si te moriturum putas.*

**8193** [Cl]audia Aster | [H]ierosolymitana | [ca]ptiva, curam egit | [Ti.]  
Claudius Aug. libertus | . . culus. Rogo vos fac.<sup>1</sup> | . . per<sup>2</sup> legem<sup>3</sup>, ne quis |  
[mi]hi titulum deiciat cu|[ra]m agatis. Vixit annis | XXV.

*Neapoli (X 1971 vidit Mommsen). — 1) Faciatis(?). — 2) Sic Garrucci cimitero  
degli antichi ebrei p. 25 (... per vel ... ter vel ... ler in lapide; [prae]ter suppl.  
Momms.). — 3) Cf. N. 8250. 8252.*

**8194** sommno (sic) aeternali | L. Balerius<sup>1</sup> se bibus conces|sit se  
vibo L. Caecilio Victori cori[ario], | sibi et Sulpiciae Crysidis qui (sic) et  
Bas[sa], | que vixit ans. XXVII m̄. III d. III, | sibi et suis libertis li-  
bertabus|que pos. eo. Tu qui leges et non ho|raberis<sup>2</sup>, erit tibi deus  
testimonio.

*Romae (VI 9280 vidit de Rossi; imago est Civiltà cattolica ser. 13 vol. 11, 1888  
p. 228). — 1) Deest cognomen. — 2) Oraveris.*

**8195** d. m. | Aurelius Nice|ta Aureliae Aelia|neti filiae bene | merenti  
fecit. | Fossor vide ne | fodias!<sup>1</sup> deus ma|gno oclu<sup>2</sup> abet, vi|de, et tu  
filios abes<sup>3</sup>.

*Romae extra portam Portuensem rep. (VI 54655<sup>a</sup> vidit Gatti Roem. Mitth. 1887  
p. 50; imago est Civiltà cattolica ser. 15 vol. 11, 1888 p. 218). — 1) Cf. supra N. 5252:  
terrenum sacratum long. p. X lat. p. X . . fodere noli ne sacrilegium committas. —  
2) Magnum oculum (cf. de Rossi bull. arch. crist. 1891 p. 150 not.). — 3) Inde ex-  
plicatur VI 18281: et [t]u fi. et filia. ha.*

**8195<sup>a</sup>** Claudiae A|gele fecit | Ti. Claudius | Cratinus colli|bertae suae. |  
Fossor, parce | hic iam cubat.

*Romae ad viam Appiam rep. (VI 7545 vidit Henzen).*

**8195<sup>b</sup>** diis man. | Palinuro | L. Aponi, v. a. LII, | posuit Tiphus |  
frat. carissi. | Otiose

parce, piae manes, | ita te tua vota sequantur.

*In agro Romano rep., est Parmae (VI 23750 cf. p. 5550 vidit Bormann). Bue-  
cheler Carm. epig. 837.*

### 8196

memoriae	memoriae	memoriae,
Caerell. Capitolin.	Aureliae Euodiae	Caerell. Euodion <sup>1</sup>
Euodion <sup>1</sup> coniunx	Aug. lib., Euodion pater	se vivo sibi et suis
fecit.	fecit.	fecit.

Tu quicumque titulum nostrum releges, rogo per superos sic ut ad infernas partes recipiaris, ne velis tribus sepulchris molestari.

*Romae (VI 15927. 36631 cf. p. 3544 semel descripta circa a. 1500). — 1) Caerellius Euodius monumentum fecit sibi et Caerelliae Capitolinae coniugi et Aureliae Euodiae filiae manumissae ab Augusto.*

**8197** quicumque violaverit | sive inmutaverit, | sentiat iratos | semper sibi.

*Ostiae rep. (XIV 1872 descr. C. L. Visconti).*

**8198** d. m. s. | L. Vibi Felicis, hic | sup[er]tus positus est. | Moneo te, lectis lit[er]is ne contemnas | et velis titulum mo[]vere et corpori iniuriam facere. Si | quis autem sibi ad[m]iserit, non bono | suo fecerit et superos | et inferos iratos | habeat; lecto me[]ru[m] profunde.

*Romae (VI 36537 vidit Huelsen).*

**8199** Graniaes Primi|geniaes locus. | Qui hoc titulum sustu[]lerit, habeat iratas | umbras qui hic positi | sunt.

*Puteolis rep., deinde apud Mommsenum (X 2487 vidit Mommsen).*

**8200** d. m. | C. Voltilius Cypaerus et Flavia | Primilla fecerunt C. Voltilio | Atimeto f. suo dulcissimo et pientissi|mo bene merenti, vixit ann. XVII m. V | d. XX. Quisquis huic sepulchro nocere | conatus fuerit, manes eius eum exa[]gitent.

*Romae (VI 29474 vidit Bormann).*

**8201** d. m. | Claudiae Fortu|natae et Fortuna|to et Laeto filis eius | bene merentibus, | Abascantus conliber|tus fecit. Quisque ma|nes inque- taberit, habebit illas ira|tas.

*Puteolis rep. (X 2289 exemplo Fiorellii).*

**8201<sup>a</sup>** dis manibus | Thetidis, vix. | ann. IX, et Chari|dis sororis, vix. | ann. XV, fecit | pater ex viso | Ti. Claudius | Panoptes et | mater Charmosyne. | Tu, qui legis et | dubitas Manes | esse, sponsione | facta invoca | nos et intelleges. | Item Euno nutricio | earum colliberto suo.

*Romae rep. ad viam Appiam (VI 27365 vidit Henzen).*

**8202** L.<sup>1</sup> Caecilius L.<sup>1</sup> | et D. I. Florus | vixit annos XVI | et mensibus VII. Qui | hic mixerit aut | cacarit, habeat | deos superos et | inferos iratos.

*Romae (VI 15740 cf. p. 3513 bis ut videtur descripta saec. XVII). — 1) Utrouque loco primum fuisse C., id correctum in L. significant apographa.*

**8203** d. m. | C. Annidieni Marcelli | C. Annidienus Frequens evoc. | Aug. patri piissimo et incomparabili, | et sibi suisq., lib. libertabusq. posterisq. eor. | Ulpiae M. lib. Dmoidi dis manib., ne quis hic urina | faciat. Ex viso nutricis.

*Romae (VI 5415 vidit Henzen).*



**8204** dis manibus | Iuliae Feliculae | coniugi bene | merenti, eius-  
dem | filio Neptunali, pater | fecit Euaristus public.<sup>1</sup> | Iulianus sibi et  
suis | poterisque (*sic*) eorum. |

Hospes, ad hunc tumulum | ne meas ossa precantur |  
tecta hominis, set<sup>2</sup> si gratus | homo es, misce bibe da mi.

*Romae (VI 2357 vidit Henzen). Buecheler carm. epigr. n. 858. — 1) Publicus, sc. servus, cf. supra N. 4982 cet. — 2) set delendum (Burmman).*

**8205** in fr. p. XXII in ag. XXVI. M. Camurinus P. f. Rom. Soranus. Hoc monumentum heredem non sequetur. Se[*i*]<sup>1</sup> hoc monumento ullius candidati nomen inscripsero, ne valeam.

*Romae (VI 4313 semel ut videtur descripta ante saec. IX, quod exemplum refert vetus codex Einsidlensis). — 1) sed traditur.*

**8206** ita candidatus fiat honoratus tuus  
et ita gratum edat | munus tuus munerarius  
et tu<sup>1</sup> | felix, scriptor, si hic non scripseri[s].

*Fori Popilii (XI 375 vidit Burmann). Buecheler carm. epigr. n. 195. — 1) Insere sis. — Simile est carmen XI 4126 = Buecheler 194.*

**8207** inscriptor, rogo te ut transeas hoc monumentum . . .<sup>1</sup> quoius candidati nomen in hoc | monumento inscriptum fuerit, repulsam ferat neque honorem ullum unquam gerat.

*Romae, in turri moenium urbis olim adhibitus lapis (VI 29942 aliquoties descripta saec. XVI exeunte). — 1) Litteras sto . . . um vel sto . . . as . . . um hic legerunt nonnulli.*

**8207<sup>a</sup>** ita valeas scriptor, hoc monumentum | praeteri.

*Prope Aquileiam (V 4490 ter descripta saec. XVIII). Buecheler carm. epigr. n. 196. — Adde N. 3601. 4314<sup>b</sup>. 7602.*

**8207<sup>b</sup>** sterco intra | cippos qui fecerit, | aut violarit, nei | luminibus fruatur.

*Veronae (Pais C. I. L. supp. Ital. I n. 653 qui vidit).*

**8208** L. Sentius C. f.<sup>1</sup> pr. | de sen. sent. loca | terminanda coer.<sup>2</sup> | B. f.<sup>2</sup> Nei quis intra | terminos<sup>3</sup> propius | urbem ustrinam | fecisse velit nive | sterco cadaver | iniecise<sup>4</sup> velit. (*in altero ex terminis appictum*) sterco longe | aufer, | ne malum habeas.

*Romae prope aggerem Servianum rep., termini duo, eodem fere loco quo N. 6082 (VI 31614. 31615 hunc solum vidit Huelsen). — 1) Idem ut videtur memoratur in nummis cusis aetate Sullana (Momms. Roem. Münzw. p. 379 n. 207) (Momms.). — 2) Terminabant cippi hi eam partem campi Esquilini quo aetate liberae rei publicae licebat conicere et alia omnia et ipsa cadavera (Momms.). Cf. supra N. 6082. — 3) Bonum factum (sic praescribi solitum edictis, cf. Plaut. Poen. 16. 46. Tertull. de pudic. 1, cet.). — 4) iniecisse alter lapis (is quem vidit Huelsen).*

**8209** L. Cocceius Adiutor fecit | sibi, idem denuntiat ne quis velit | commurere<sup>1</sup> neq. obruere cadaver, sin autem, | dabit rei p. Ostiensium HS  $\bar{L}$  m. n., | delator quartas accipiet<sup>2</sup>.

*Ostiae (XIV 850 vidi).* — 1) *Sic (commur-) etiam VI 20905 (Buecheler arm. n. 95). 26215, comur- N. 8210.* — 2) *Cf. infra N. 8217. 8259 cet.*

**8210** Trebellia D. I. Tertia | sibi et | Siliae L. et D. I. Feliciae de-  
licio | libertabusque suis, ita ne quis ubi | ego conquiesco comurat<sup>1</sup> aut  
cineres | suas ponat; quae adversus<sup>2</sup> fecerit, virginibus<sup>3</sup> | damnas esto d.<sup>4</sup>  
HS  $\Psi$ <sup>5</sup>. [H.] m. h. n. s.

*Romae ut videtur rep., est Oxonii (VI 27595 vidit Huebner).* — 1) *Cf. N. 8209.*  
— 2) *Excidit qui (Mo.).* — 3) *Sc. Vestalibus. Cf. N. 8251 not.* — 4) *Esto dare (viz: estod, ut acceperunt nonnulli, in his Jordan ind. lect. Regiom. 1882/5 p. 22).* — 5) *Sestertium decem milia.*

**8211** d. m. | M. Cipius Hermes M. Cipro | Trepto (*sic*) filo (*sic*) piens-  
tissimo; | locum hui (*sic*) si qui manus | intulerit, virginebus (*sic*) Vestali-  
bus<sup>1</sup> | solvet poena (*sic*) HS n. v.<sup>2</sup> | XX.

*Romae in vinea Codinia rep. (VI 5175 vidit de Rossi).* — 1) *Cf. N. 8251 not.*  
— 2) *Nummum.*

**8212** praecipio | libertis liber|tabusq. meis, | ne quis vestr. | in  
hunc monu|ment. corpus | aut ossa exterae (*sic*) | inferat. Si quis | contem-  
serit, tunc | conlibertis dare | debet poenae | nominae X milae (*sic*).

*Salonis (III S. 9450 vidit Hirschfeld).* — 1) *Cf. VI 18758: si quis autem in hoc sepulcrum | marmorato reliquias corporis intulerit, | poenibitu (sic plerique auctores boni) inter suos collibertos HS  $\infty$  n., | et posterisque nostroru eam poenam.*

*Collegiis destinantur poenae sepulcri abalienati vel violati supra N. 1798. 7256. 7296, cet.*

**8213** d. m. | Q. Remmius | Ianuarius f. | sibi et Memmiae | Zele  
uxori kar., | cum qua vixi | a. XXXII. Te rogo, | fili karissime, | ne quis  
velit | amplius post | me in hoc tumu|lo aliut inferre. | Et vos, lib. lib.que, |  
iubeo praest.<sup>1</sup>

*Romae (VI 25595 vidit de Rossi).* — 1) *Praestare (?).*

**8214** veto | reliquias! — | P. Veronius | Callistus | homo optim. |  
hic iacet.

*Veronae (V 5850 vidit Mommsen).*

**8215** d. m. A. Larcus | Adiutor fecit | monumentum | sibi et suis  
libe|rtis libertabus|que posterisque | eorum. Hoc m.<sup>1</sup> | veto veniri, veto |  
donari.

*Romae (VI 21096 vidit de Rossi).* — 1) *Monumentum.*

**8216** d. m. | Serviliae Pollae f., | quae vixit ann. XII d. XVII, |  
fecit | L. Servilius Agathyrus | pater, et sibi et Popiliae | Beronice con-

iugi et suis, | lib. libertabusq. posteris q. | eorum. Huic munimento | intercedet lex ne donatio | fiat. Quod si quis admiserit, | inferet aerario p. R.<sup>1</sup> HS XXX n.

*Romae (VI 26445 vidit Henzen).* — 1) *Populi Romani. Multae aerario populi Romani inferendae passim in titulis urbanis, vide N. 8217 seq. (aerarium Saturni dicitur N. 8224, item N. 8225 not.; si quis hunc monumentum vendere vel donare voluerit, inferet aerario publico SS L m. n. VI 15312).*

*Titulos huc pertinentes conguessit F. Wamser de iure sepulchrali Romanorum (diss. Giess. 1887) p. 4 seq. Adde infra N. 8551. 8553.*

**8217** somno aeterno sacr. | C. Avidio Laconi, Avidiae Plautiae Nigrini fil., [imp. Caes.] | L. Aureli Veri Aug. amitae<sup>1</sup>, lib.<sup>2</sup>, Antistia Magna ux[or et] | C. Avidius Euphrosynus f. f.<sup>3</sup> Venditor tuq. e[mptor<sup>4</sup>, cavete!]<sup>5</sup> | Dabit enim a. p. R.<sup>5</sup> HS XX n.; delator accipie[te quartam]<sup>6</sup>. | Imp. L. Aurelio Vero Aug. III M. Ummidio Quadrato cos.<sup>7</sup>, II[I] . . .<sup>8</sup> | Avidius Lacon emit locum ariae p. n.<sup>9</sup> XVIII de Ti. Cl. P. . . . | agro Autolycki Aug. lib. via Latina euntib. ab urb. pa[te laeva<sup>2</sup> sub<sup>2</sup>] agro Peduceiano. In f. p. VI, in ag. p. II.

*Romae, pars Parisios ablata, pars quae Romae mansit dicitur reperta Antii (X 6706 cf. p. 1018 priorem partem vidit Mommsen, posteriorem Henzen, coniunxit Huelsen).* — 1) *Soror igitur fuit L. Aelii Caesaris, uterina nempe, genita C. Avidio Nigrino, de quo cf. supra N. 2417 not. 2; Prosopogr. imp. Rom. I p. 188 n. 1169; eius igitur privignus fuit L. Aelius Caesar, non gener, ut ait vit. Hadr. 25, 10 (sic fere Mommsen). Cf. stemma propositum Prosopogr. imp. Rom. I p. 528.* — 2) *Liberto.* — 3) *Filius fecerunt.* — 4) *Cf. N. 8226. 8229.* — 5) *Aerario populi Romani sestertium vicena milia nummum.* — 6) *Cf. N. 8209.* — 7) *A. p. 167.* — 8) *Excidit dies.* — 9) *Pedum numero.*

**8218** d. m. | Statilia Eubodia viva fec. sibi et | Statilio Era[s]to coniugi optimo, | item Statiliae Eraste fil. eorum, | et Statilio Proctoeto viro et lib. | eius, item lib. libertab. posterisque | eorum. Hoc monumentum (sic)<sup>1</sup> sive sepulchrum, | quod est via Tiburtina clivo Bassilli | parte laeva, quod est conclusum in | fr. a maceria Caesae (sic)<sup>2</sup> Paulinae, si quis vole[t manus] inicere sive vendere | sive abalienar[e], dabet poenae nom[in]e aerario populi Romani IS XX n.

*Romae ad viam Tiburtinam rep. (VI 36564 descr. Gatti Notizie degli scavi 1890 p. 555).* — 1) *Scr. monumentum,* 2) *Caesiae.*

**8219** d. m. | Racilia Eutychia | fecit Cn. Racilio | Telesphoro patro|no et coniugi, cum | qua vixit annis XXI mensi|bus VII, et Cn. Racilio Fruc|tuoso filio, qui vixit annis X | mensibus VIII diebus XXII horis | V, et sibi et Raciliae Fructuosae filiae naturali idemque sociae, | et libertis libertabusque posterisque | eorum; et si quis huic monumento post me | aliquam controversiam facere volu|erit aut de nomine auferre, inferet aera|rio p. R.<sup>1</sup> H.<sup>2</sup> V m. n.<sup>3</sup> In fronte p. XHS, in agro p. XII. H. m. d. m. a.

*Romae, iam Florentiae (VI 7788 vidit Henzen). — 1) Populi Romani. — 2) Scr. HS. — 3) Sestertium quinque milia numum.*

**8220** dis manibus | M. Popilio M. f. Zosimiano | filio piissimo, vix. ann. X | mens. II dieb. XII h. VIII, | M. Popilius Euphemus | et Popilia Moschis | fecerunt et sibi et libertis | libertabusq. suis posterisq. eorum. | Quisquis hoc monumentum violaverit | aut titulum deasciaverit<sup>1</sup> aliove | quo nomine inscripserit, dabit | in aerarium p. R. HS XX m. n.

*Romae (VI 24799 servavit Accursius). — 1) Cf. N. 8225.*

**8221/2** Sex. Nerianus | Romulus | fecit sibi et | Cordiae Helpidi | coniugi karissimae et | libertis libertabusque | posterisque eorum utriusque sexus | ex origine nostra. Si quis | eum titul. adulteravit (*sic*), alienigenum corp. aut ossa aut cineres | in hoc monum. inferre volens, adhum.<sup>1</sup> non haber. et dare debeat a. p. R.<sup>2</sup> HS L m. n. | Huic mon. dol. mal. abesto.

*Romae (VI 22913 vidit Nissen). — 1) Scr. aditum. — 2) Cf. N. 8217 not. 5.*

**8223** d. m. | Q. Iulius Hermes pater et Iulia Diodo[r]is mater Q. Iulio Cyrioni filio b. m., | qui vixit annis XVII m. VII d. XVII, | sibi suisque posterisque eorum omnium sine dolo malo. Quisquis hunc | titulum sive monumentu siive (*sic*) sepulchrum est, deasciaverit at<sup>1</sup> violaverit vendiderit. HS CC milia n. | aerario populi Romani damnas est | to (*sic*) dare, heredi aut necque venditori<sup>2</sup> hoc monumentu sive sepulchrum non sequetur.

*In Portu Romano (XIV 4453 vidit Bormann). — 1) Scr. ant. — 2) Antea scriptum erat vendito; deinde lituris obscuratum est quid voluerit is qui primus titulum dictavit.*

**8224** M. Anr. Asclepiodotus Augg. lib. | et Aelia H[y]gia mater se vivi | fecerunt sibi et suis libertis | libertabusque posterisque eorum. | Quisque hunc munimentum sive | vendiderit sive donationis causa | dederit, inferent aerario Saturni | sestertios<sup>1</sup> quinquaginta milia nummum.

*Romae (VI 45028 aliquoties ut videtur sed nescio quam accurate descripta saec. XI/XFI). — 1) Fortasse in lapide fuit HS.*

**8225** M. Aureli Marciani | et Baleriae Feli[cissimae] coniugi et | libt. libertabusque (*sic*) suis poste[r]isquae eorum, et Valeriae Marci[anae] filiae, et Aurelio Marciano | marito eius, et filiorum eorum. II. | m.<sup>2</sup> si quis bendere voluerit bel | donare, inferet in aede Saturni | SS L m. n.

*Romae, postea Velitris (VI 43450 ter descripta saec. XVII/XVIII). — 1) Hoc monumentum.*

*In titulo non bene descripto VI 55285 est: quo[d] si quis — — — davit erarium Saturni SS CCL; in titulo mutilo VI 55245: [aer]ario Saturni et postea [d]elatori d[ebetur].*

**8226** [C. Marcius Her]mes ex tribu | . . . . . [seni]orum<sup>1</sup>, hoc mo-  
ni[mentum et arca]m comparavit virgine[ae suae Ma]rciae Helpidi libertae |  
idem coniugi carissimae et sibi et | C. Marcio Victori, et libertis liberta-  
busque suis posterisque eorum, ne de | nomine meo exiat. Quod si quis  
id mo[nimentum partemve eius vendere quis vollet vel donationis causa  
cui mancipare | voluerit aliove quo nomine eius monimenti | partem  
alienare temptaverit, dare damnas esto | aerario populi Romani SS XV  
m. n., et collegio | pontificum ss. XV m. n.<sup>2</sup>, et emptor et venditor<sup>3</sup>. |  
Comparatu autem est de SS VIII m. n. | H. m. d. m. a. H. m. ext.  
h. n. s.<sup>4</sup>

*Romae (VI 40219 descripsit Smelius aliique).* — 1) Sic, vel [iuni]orum;  
cf. supra N. 6061 cel. — 2) Similiter fisco et collegio pontificum multa destinatur  
VI 8518. — 3) Cf. N. 8229. — 4) Huic monumento dolus malus abesto. Hoc mo-  
numentum exterum heredem non sequetur.

**8227** d. m. | P. Aelio Aug.<sup>1</sup> lib. | Erasino dulcissimo | et pientis-  
simo, | Aemilia Helene coniux | et PP. Aelii Aug. lib. | Musicus et Hele-  
nus filii | fecerunt et sibi et suis libertis liber[tabusque posterisque eo-  
rum, | ita ne liceat hunc munimentum vendere | vel donare; quod si  
factum fuerit, | utrisque<sup>2</sup> ark. pontificum | HS XXX m. n. poenae nomine |  
inferet. H. m. d. m. a.

*Romae, iam Oronii (VI 40682 vidit Huebner).* — 1) Augusti, sc. Hadriani.  
Antiquior igitur titulus quam is quem Mommsen Staatsr. II ed. 5 p. 70 not. 5 anti-  
quissimum documentum putavit multarum arcae pontificum destinatarum. — 2) Scr.  
uterque (sc. et venditor et emptor, cf. N. 8226. 8229). De utrisque arcis pontificum  
cogitavit Mommsen Staatsr. II ed. 5 p. 70 not. 8.

**8228** d. m. | T. Aelius Aug. lib. Saturninus | et Aelia Glyconis in-  
felicissimi | parentes hunc munimentum comparavi[mus nobis et T. Aelio  
Saturnino filio | nostro dulcissimo, qui vixit annis VI | mensibus VIII  
dib. XVI horis VI, et libertis | libertabusque posterisque aeorum. | Post  
obitum nostrum quisque hunc | munimentum dolo malo donationis | causa  
tradedisse voluerit, | compellabitur a<sup>1</sup> pontifices (sic) | poenae nomine  
SS XXX n.

*Romae (VI 40794 vidit Henzen).* — 1) Scr. ad vel apud. Cf. N. 7947.

**8229** d. m. | Aur. Maximianus Aur. Olympiadi | fil. dulcissimae,  
quae vix. an. XXII m. X | d. XXVI, et Publiciae Carpodorae eius, et |  
lib. libertabusq. suis posterisq. eorum f. | Si quis hoc sepulchrum vel moni-  
mentum | cum aedificio universo post obitum | meum vendere vel donare  
voluerit | vel corpus alienum invehere velit, | dabit poenae nomine ark.  
pontif. HS C ū., | et ei cui donatum vel venditum fuerit, | eadem poena  
tenebitur.

*Romae (VI 45152 descripsit Smelius aliique).*

**8230** Cl. Amazonius (sic) v. e.<sup>1</sup>, maritus | Marciae Aurel. Alexandriae

c. m. f.<sup>2</sup> | hunc titulum secundum mandatum | eiusdem Alexandriae, quae cum adviveret | testamento suo praecepit (*sic*) hunc praetoriolum | cum hortulo et heroo libertis libertabus | que posterisque eorum cedi, et iussit ne quando de | familia alienetur. Si quando ali[*g*]uis | voluerit donare vel vendere, arca | pontificum poenae nomine inferet | duodecies centena milia nummum.

*Mantuae, sed fortasse ex urbe Roma eo adlata (V 4057 cf. p. 1215 vidit Mommsen). — 1) Vir egregius, 2) clarissimae memoriae feminae.*

**8231** somno aeterno sacro | Aelia Arsinoe et Aelius Hilarus et Ael[*i*]us Timotheus iunior et P. Antonius | Arsinous et P. Antonius Marinus se | vibi fecerunt sibi et suis libertis libertabusque eorum, ne de nomine exiat. Locus | concessus T. Aelio Timotheo patri solem<sup>1</sup> I, | i[*l*]em P. Antonio Zmara[*g*]do nutritori solem I, | et Aelio Po[*l*]ycronio solem I, item quitquit | huic monumento sive sepulcro atplicitum | instructum aedificatum est, et si qua maceria | secundum se ibi applicita est, ea omnia | huic monumento sive aedificio cedant. Quod | si quis hunc monumentum vel aedificium donationis | causam (*sic*) vel alio que (*sic*) nomine temptaverit facere, dare damnas esto aerario po[*p*]uli Romani SS L m. n., item v. V.<sup>2</sup> SS L m. n.

*Romae, iam Neapoli (VI 40848 vidit Mommsen; cf. Huebner ex script. ep. n. 1060). — 1) Cf. VI 44643: in cont. ex donatione unum solem possidet. — 2) Virginitibus Vestalibus.*

*Electio inter aerarium populi Romani et virgines permitti videtur VI 45618 iisdemque verbis 43822: hoc monumentum sive locum si quis vendere vel donare voluerit, inferet virginib. Vestalibus, HS XX n. aut aerario populi Romani; electio inter pontifices et virgines VI 47965a: .. dabit pontificibus sive virginib. V. HS XX m. n. (cf. Mommsen Staatsr. II ed. 5 p. 70 not. 8); cf. ad eam quae sequitur. Pontifices et virgines memorantur VI 26942; pontifices et antescholarii virginum supra N. 8456; solae virgines N. 8240. 8241.*

**8232** d. m. | Aureliae Syntyhe (*sic*) | fil. dulcissime, q. v. a. XXXII, | fecit Aurelia [G]ratia Aug. lib. | sibi et suis lib. pos. eorum. | Heres here-desve potestatem | vendendi non habebit, nec in | hoc monument. exter inferri li[*ce*][*b*]it. Quisq. autem vel vendere vel do[nationis] causa in alieno nomine trans[*ferre*] voluer., infer. fisco CCCL m. n.

*Romae rep., nunc in insula maiore Balearium (VI 43587 vidit Huebner praeter paucas litteras quae iam perierunt).*

**8233** d. m. | M. Aurel. Alexander primipil. et v. e.<sup>1</sup> | vivus sibi et uxori suae Aureliae | Antiochianae hunc cepotaphium | separavit de domu et fecit omnibus | suis posterisque suis libertis | libertabusque posterisque eorum | et praecepit heredibus, ne quis | extraneum vellit p[*o*]nere vel | venumdare vel fid[*u*]ciare<sup>2</sup> vel | donum dare vel ullo [m]odo ali[*enare*]; nam post haec p[*r*]accepta | si qui ainventus (*sic*) fuerit hoc | fecisse, inferat sacro fisco<sup>3</sup> | sestertia centum milia nummum.

*Romae (VI 5554 vidit Henzen).* — 1) *Vir egregius.* — 2) *Cf. X 2244: si quis boluerit bel bendere bel donare bel feduciare.* — 3) *Cf. VI 10876 = Orell. 4509: si quis eorum vendere aut donare voluisset, [t]unc fisco domi[uorum nostrorum] . . . .*

**8234** [h]ic sum posita Aurel[iana, vixi] ann. XXVIII me. II d. XXVII. Nata in urbe sac[ra, | pe]regrinata Italiam et [provincias], debitum reddidi Nicomedia et hic trans[ata | ab] dulcissimo mihi coiun[ge Euarist]o Aug. lib. Ut vos, viatores, legendo, sciantis (*sic*), q[ua | pi]etate ac castitate cum eo [vivens tal]i merito hoc meruerim, in hoc sarcophag[o | cum] ammissus fuerit Euarist[us dulcissi]mus coiunx meus, nemini licere neque aperir[e neq. | tr]ansferre neque de con . . . . [m]unimenti aliquit de marmoribus minus fa[ccere; | c]ontra quae siquit [quis fecerit], dabit fisco X  $\bar{X}$ , rei p. Firmanorum [X  $\bar{V}$  | et rei p. R]icinensium X  $\bar{V}$ .

*Auximi in Piceno (IX 5860 fragmenta duo, fortasse semel tantum sed accurate descripta saec. XVI, coniunxit Ph. Eug. Mecchi).*

**8235** Aelia Decorata in me[moriam] Isionis b. m. mariti una | cum Sextilia Laurina nuru sua cubi[culum] superiorem ad confrequen[tandam] memoriam quiescentium sibi | suisque et posteris eorum extruxerunt. | Tabernula autem cum suis superioribus | nullo modo ab hoc loco sacro et religio[so] ob tutelam obitorum separari poterit. Quod | si adversus ea aliqui inrumpere temptaverint, | inferent singuli rei p. Puteolanorum HS  $\bar{L}$  (*sic*) m. n., | sic ut et foris in titulo scriptum (*sic*) continetur | in nomine Eucherior. nepotor. (*sic*), reditum autem | terrulae et aedificii in refectionibus cubi[culorum] sacrorum et aedificii s. s. super[stites] erogare curabunt.

*Puteolis, iam Neapoli (X 2015 vidit Mommsen).*

**8236** C. Iulio C. f. Puteolano adlecto in | ordine decurion., qui vixit ann. | XVII mensib. VI dieb. XXVII. | C. Iulius Maximus pater sedem aeternam | karissimi filii dis manibus consecravit. | Hoc sepulcrum si quis vendiderit vel | abalienaverit, dare debebit reipublic. | Puteolanorum poenae nomine IS  $\bar{X}$  mil. n.

*Puteolis, iam Neapoli (X 1804 vidit Mommsen).*

**8237** in quem<sup>1</sup> induxi sarcophagum; | in quem dum receptus (*sic*) fuerit corpus meum, numquam ullo liceat acced[ere] neque aperire et vexare ossa mea, | neque filius neque nepotes neque de ad[finitate] ullus; si quis autem ausus fuerit | infringere vel aperire, inferet poene nomi[ne] reipub. C.<sup>2</sup> folles mille. Sane Nevia | Prisca si permanserit usque in diem fi[n]itionis sues, recipietur ibi iuxta maritum suu[m].

*Compsae (IX 984 vidit Brunn).* — 1) *Intellege: in quod (monumentum). vel simile quid. Apparet quaedam praecessisse, fortasse in alio lapide (in quem olim lectum inde a saec. XV, i. . . em agnovit Brunn).* — 2) *Compsinorum.* — 3) *Adde*

*titulos Concordienses V 8697: in[feret] rei publicae pecun[iae] folles mille, et V 4880: dabit in re publica denariorum folex sexcentos. Infra N. 8253.*

**8238** M. Lollius Arphocras | v. f. s.<sup>1</sup> et Paelinae uxori v.<sup>2</sup> | et lib. libertab. post. q. eorum. | M. s. s. e. h. n. s.<sup>3</sup>, | neque ulli liquebit locationis | causa in annis centum<sup>4</sup> quan|doq. transvendere; quod | si qui adversus it fecerint, | eorum bona pertinere | debebunt ad rem publicam | Brundisinorum.

*Brundisii (IX 456 bis vel ter descripta saec. XVI—XVIII, particulam vidit Mommsen). — 1) Vivus fecit sibi. — 2) Viviae. — 3) Monumentum sive sepulcrum est, heredem non sequetur. — 4) Prohibetur ne veneat monumentum specie locationis in annos centum (de qua cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 459).*

**8239** M. Vocusius | M. I. Crescens | viv. fec. sib. et | Vocus. Veneriae | coniug. optimi. | et Petronio | Vocusiano fil., | mil. coh. III praet. | ann. XVIII m. III dier. XIII. | Si q. hanc ar. vender. | aut emere aut exacis|claver.<sup>1</sup>, tunc poen. nom. | dabit reip. Aquil. HS XX n., | delator quart. accip.<sup>2</sup>

*Aquileiae fortasse rep., deinde Venetiis (V 952 vidit Mommsen). — 1) Debit esse exacisculare volet; cf. V 979: si quis hanc arcam sive hoc monument. vendere aut emere aut exacisculare volet cel. — 2) Quartam accipiet. Cf. N. 8209.*

**8240** . . . . [domum] aeternam | . . . . . vinus v. f.<sup>1</sup> sibi et | . . . . . to IIIIviro, amico | [et] . . . . . mo, Calaviae Q. I. Cervolae | . . . . . o Turraniae Calavianae filis eius | [et suis et h]b. lib. q. post. q. eorum, q. n. s. s. s.<sup>2</sup> | [Huic monumento cor]pus ossave aliena inferre nulli liceto. Si quis commiserit, | . . . . . [ei]us rei persecutio cuilibet de populo datur.<sup>3</sup> (In angulis superioribus) [hoc] mon. — [in fr. p. . .], in agr. | p. XXX — || [h.] n. s.

*Aquileiae (V 8505 vidit Majonica). — 1) Vivus fecit. — 2) Quorum nomina supra scripta sunt. — 3) Cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 74 not. 4.*

**8241** d. m. Annia Crestina et C. Sextilius Marius v. sibi p.<sup>1</sup> Petimus ne quis nos inquietet ex arca nostra neque abante<sup>2</sup> aliam ponat nec commutet, v. id quo e.<sup>3</sup> d. f.<sup>4</sup> HS C.

*Ravennae (XI 447 aliquoties descripta saec. XV). — 1) Vivus sibi posuit. — 2) Cf. Wölflin Archiv f. lat. Lexikographie I p. 437, Thes. I. L. s. v. — 3) Non intellegitur. — 4) Dabit fisco.*

**8242** M. Caesius Eutyches dec. c. c. m. R.<sup>1</sup> dec. XVII<sup>2</sup> et Tullia Ferusa coniux karissima vivi sibi posuer. Si quis ante hanc arcam quid aliud posuerit vel condider., dabit fisco Augg. nn. HS XXX ĩ.

*Ravennae (XI 425 semel descripta saec. XV). — 1) Decurio collegii centonariorum municipii Ravennatis. — 2) Decuria decima septima. Cf. N. 7255.*

**8243** . . . [III Min]erv.<sup>1</sup>, coiug. | incomparabil., | cum q. v. a. XXVI |



v. p. et sibi. | Si. q. h. planc. p. exc. | eor. q. s. s. s. a. d. in f. | C.  
HS L n.<sup>2</sup>

*Ravennae (XI 119 vidit Bormann). — 1) Cf. N. 2850, 2855 cet. — 2) Intel-  
lege: si quis has planchas post excessum eorum qui supra scripti sunt aperuerit,  
dabit in fiscum Caesaris sestertium quinquaginta milia nummum. Similiter in aliis  
titulis Ravennatibus supra N. 2860, 2865; XI 107.*

**8244** d. m. | Lucius Valerius Fatales frumentarius leg. VIII Aug.,  
vixit annis XX|XV, Aurelius Epinicus alumnus ipsius procuravit. Et si  
quis aejum sarcofagum amoverit sive literas, inferet fisco SS mil. num. L.  
*Ephesi (III 6084 descr. Wood).*

**8245** ... λος Σεβ. ἀπελεύθερος ἀπὸ ταβλαρ[ων]. (*Sequitur carmen  
Graecum Kaibel epigr. Graec. n. 297<sup>a</sup> p. 524; deinde*) [h]anc ara[m] si quis [t]em-  
ptav[e]ri[t t]rans[er]r[e] aut [t][u]eram [ex]cidere aut alias | al[iq]ua figura  
fecerit, dabet fisco poena[e] | nomina[e] HS X m. n., [et] sic ara defen-  
d[e]tur ab iis qui sunt in tabulario Ephes[i].<sup>1</sup> | *Φιλουμένη ἀνδρὲ ἰδίω  
καὶ τέχν[ω] | ἐκ τῶν ἰδίων.*  
*Ephesi (III 6082 cf. p. 1255 descr. Wood). — 1) Cf. supra N. 1505.*

**8246** Avidia Maximina G.<sup>1</sup> domum aeternam viva sibi posuit. Si  
quis alium corpus superposuerit, det fisco X CCC milia.  
*Polae (V 121 fortasse semel tantum descripta saec. XV). — 1) Sic videtur  
tradi; fortasse excidit aliquid.*

**8247** Ennia Asteria Enni Asteri filia | ex origine Enni Cerealis avi  
sui arcam | suo nomine renovavit, quam post ex|cessum suum si quis in-  
ruperit, inferet fisci | rationibus HS CC n.; filii sane veniam habebunt.  
*Concordiae (V 8988<sup>o</sup> Bertolinus misit).*

**8248** sarcofagum ita def|endunt, ut super avo|rum [su]orum cor-  
pora | nullu[s] e|xtraneum ponat; | quod si quis posuerit, det | fisco auri  
pondo dua.  
*Prope Burnum Dalmatiae rep. (III 15016 vidit Kubitschek).*

**8249** Fl. Magniano protectori con|pari carissimo Sever. de proprio |  
hunc sarcofagum comparabit | eundem solidis XV tantum, et se in | eo-  
dem una cum filia sua condi | permisit. Si quis vero temtaverit | in  
eodem sartofago<sup>1</sup> (*sic*) ponere | aliud corpus, inferet fisci viri|bus auri  
pondo duo.

*Prope Salonas (III S. 8742 vidit Hirschfeld). — 1) Sic (sart-) etiam supra  
N. 1647; V 1 36590. X 5168.*

**8250** + Y + Fl. Ev[e]ntius veteranus | bene meritus feci | sepulcrum  
in re | mea, ubi requiescam. | Si quis violentus volu|erit esse et contra  
leges | temptaverit, det fisci | viribus auri libra nūā. | Lege et recede. A ΦΩ.  
*Anconae (IX 5900 = Nolizie degli scavi 1879 p. 108).*

**8251** Aur. Peculiaris magister | conquiliarius<sup>1</sup> et Aur. Urbica | vivi sibi posuerunt. Si quis | autem post obitum nostrum ali[ut corpus [po]-nere voluerit, in[fe]rat ecclesi[a]e argenti pondo quin[quaginta].

*Sucurac proxime Salonas, sarcophagus (III 2113 cf. III S. 8592 vidit Hirschfeld).* — 1) *Conchylicarius (qui lanam conchylio inficiebat), officialis ut videtur constitutus fortasse sub baphii Salonitani procuratore quem nominat Notitia Occ. c. 10 (Momms.).*

**8252** hic requiescit in pace Duion.<sup>1</sup> ancilla Ba|lentes, esponsa Dextrī, deposita est III | idus Septb. consulatu d. n. Theodosio | Aug. XIII<sup>2</sup> et Valentiniano Ag. bes ccss.<sup>3</sup> Adiu|ro per deum et per leges Cresteanor., | ut quicumque extraneus voluerit al|terum corpus ponere voluerit, det | ecclisīe catholice Sal. aur. - III<sup>4</sup>.

*Salonis (III S. 15124 Hirschfeld vidit eotypum; imaginem Gatti Rom. Quartalschr. VI 1892 p. 262).* — 1) *Fortasse nomen corruptum.* — 2) *Scr. XII (vel postea ter).* — 3) *A. 426? 450?* — 4) *Uncias tres.*

**8253** . . . fabrece | . . . . . ia | . . . [in]feret ec|clesi[ae] | decīs centena [mi]llia | et r. p. inferit fol. nm.<sup>1</sup> quinquagint[a].

*Salonis (III S. 12872 descr. Jelić).* — 1) *Folles numero.*

**8254** Fl. Iulius zaconus<sup>1</sup> et | Aurel. la[nua]ria con|iux eius hoc sarcofa|gum sibi vivi posuerunt. | Si quis post nostram pau|sationem hoc sarcofa|gum aperire voluerit, in[fe]rat aecclesiae Salon. ar|genti libras quinquaginta. (In latere) dep.<sup>2</sup> | Iuli | zaco[n]is | die | III | nonas | Novem|bres | Datia|no et | Cerea|le | coss.<sup>3</sup>

*Salonis (III 2634, 8652 bis vel ter descripta saec. XVI, XVII).* — 1) *Diaconus (zaconus exempla duo).* — 2) *Depositio.* — 3) *A. p. Chr. 558.*

**8255** si qis super hunc corpus alium | corpus ponere volueret (sic), in[fe]ret ecclesiae argenti p. X. | Fl. Theodotus curator reip. | Peregrinum filium in lege | sancta Christiana collo|cabi eum. Depostio | Domnionis die III kal. De|enbris (sic) con. Antonio<sup>1</sup>.

*Salonis (III S. 9508 vidit Hirschfeld).* — 1) *A. 582.*

*Similia in multis aliis titulis Salonitanis, quorum unum dedimus iam supra N. 1960.*

**8256** sarcofagum Ursicli et Tertīae. | Depositio Ursicli die III idus Dec. ind. XIII. | Si quis vero voluerit sine conscientia supra | sibi prae-sumere, det poene nomine sanctae aecc[lesi]ae | ante litis ingressum auri unc. III.

*Tragurii in Dalmatia (III 2704 III S. 9706 viderunt Mommsen et Hirschfeld).*

**8257** Fl. Alatanus domest. cum coniuge sua | Bitor[i]a arcam de proprio suo sibi co[m]paraverunt. Petimus omnem clerum | et cuncta fraternitatem, ut nullus | de genere nostro vel aliquis in hac | sepultura ponatur<sup>1</sup>. Scriptum est: | quod tibi fieri non vis, alio ne feceris.

*Concordiae in sepulchro (F 8758 descr. Bertolinius).* — 1) *Eadem formula F 2305.*

**8258** † hic requiescit in pace b. m. Honorata clarissima et | p. f.<sup>1</sup>,  
coniunx Tzittani com. et trib., quae vixit in hoc saec. | ann. XL, depos.  
est sub d. kal. Febr. ind. prima, imp. et cons. | d. n. Iustini p. p. Aug.  
anno tertio<sup>2</sup>. | Rogo te per dm. omnpm. et IHM X[ρ] Nazarenum, ne me  
tangas nec sepulcrum meum | violis, nam ante t[r]ibunal aeterni iudicis  
mecum causam dicis.<sup>3</sup>

*Albingauni (V 7795 vidit Mommsen). — 1) Expectaveris sp. f. (spectabilis femina). — 2) A. 568. — 3) Talia ex christianis inscriptionibus congregavit Gatti Roem. Quartalschr. 6, 1892 p. 267 seq.*

**8259** C. Apidius Primus sibi et | Aristiae Arche | patrónae uxórique  
suae, et | suis. testamento suo, posterisq. | eorum, et ossua eórum quando |  
quique<sup>1</sup> eorum déces-erit, ibi | condi ius potestásque esto.

*Romae (VI 42129 vidit Henzen). — 1) Scr. quisque.*

*De hac inscriptione et iis quae sequuntur cf. Mommsen zum roem. Grabrecht (Zeitschr. d. Savignystift. f. Rechtsgesch. 16, 1893) p. 212 seq.*

**8260** Annia Festa | fecit sibi et | coniugi carissimo et | quos in  
testamento | heredes nominavero.

*Romae rep. (VI 7474 Henzen vidit imaginem photographiceam).*

**8261** L. Pontius | Phegeus | sibi et | Castriciae | Eutychedi | uxóri  
optimae, | libertis libertábusq. | méis, quós tabulis honó[r]avi, posterisque  
eorum.

*Puteolis rep., est Neapoli (X 2878 vidit Mommsen)*

**8262** Curtia P. l. Regilla fecit sibi et | P. Curtio P. l. Euno patrono  
suo. | Quorum nomina postea in titulo inscribi | voluero in hoc monu-  
mento, testamento significabo.

*Romae (VI 46664 vidit Henzen).*

**8263** C. Vellaeus Albanus | sibi et | Cluatiae Cn. l. Themid[r], | Ta-  
gulliae > l. Procne, | Sex. Pulfennio Rufo. | In hoc monumento ali inuri  
licet | nulli nisi quorum nomina s. s.<sup>1</sup>

*Canusii rep., est Neapoli (IX 405 vidit Mommsen). — 1) Scripta sunt.*

**8264** d. m. | C. Pompeius Maximus | et Pompei[a Eu]tychia fecerunt |  
se vivi libertis libertabusque | posterisque eorum et cuius cumque | nomen  
intus inscriptum erit. | H. m. h. n. s.

*Romae ad viam Appiam, in sepulcro Volusiorum ut videtur, rep. (VI 7284 vidit Henzen; in parte aversa titulus servorum domus Volusiae).*

**8265** d. m. | C. Brutti Telesphorionis, C. Brutti Praesentis c. m. v.<sup>1</sup>,  
H cos.<sup>2</sup> lib. Numidae<sup>3</sup> ipsius, loco si|bi donato a L. Bruttio Quintio Cri-  
spino, fili|o eius, cos.<sup>4</sup>, patrono, vivus sibi fecit et Ca[r]ico lib. suo et ce-  
teris libertis libertabus[que] suis posterisque eorum omnium | futurorum.  
Hoc monumentum ex mea | frugalitate feci et eis qui supra scri|pti sunt.

ceteri amici ignoscetis. Hoc monu|mentum hospitem non recipet (*sic*).  
Vene valetis.

*Romae, iam in insula maiore Balearium (VI 7582 vidit Huebner). — 1) Clarissimae memoriae viri. — 2) Iterum consulis (a. p. Chr. 180, cf. supra N. 4447). — 3) Significatur officium, cursoris ut videtur (cf. supra N. 4746) ut Germani vocabulo officium corporis custodis (supra N. 4747 seq.). — 4) Consul a. 187.*

**8266** d. m. | L. Iulius L. fil. Pal. | Crescens | fecit sibi | et libert. libertabusq. suis, | ita ut si exteri nominis heredes | habuero eos quoad vivent in hoc | monumentum ius habere volo, ita | ne de nomine meo exiat aut ne alius | titulus alterius nominis inscriptus | infigatur, et post eorum excessu omnem | ius huius monumenti ad libert. liber[ta]sq. meos et posteros (*sic*) eor. pertinere volo. | In fron. p. XXXVII, bersur.<sup>1</sup> sinister. p. XLV; | in agro paries long. p. LV.

*Romae (VI 49945 vidit de Rossi). — 1) Versura.*

**8267** d. m. | P. Aelius Aug. lib. Restitutus | procurator et sibi et libertis | libertabusque suis f.<sup>1</sup>, item iis | quos se vius manumisit et | in numerum libertorum or|dinavit et collibertos suos fecit, | posterisque eorum. | H. m. h. n. s.

*Roma ut videtur Florentiam allata (VI 9040 vidit Henzen). — 1) Fecit.*

**8268** hoc sepulcr[um] frequentent a me | qui sint liberi c[ircu]mversos<sup>1</sup> quos relin|quam vel manumitti volam<sup>2</sup>, at postrema | pateat ipsis quique ex is prov[e]nerint. | Volusia Q. f. Pia Annia A . . . . na | sic mandavi, sic [fia]t. | Dis manibus sacrum.

*Baia rep., est Neapoli (X 5447 vidit Mommsen praeter particulas quasdam servatas a Minervinio). — 1) Supplevit Mommsen. Significantur manumissi per vindictam, cf. Quintilian. decl. 542: maius . . . momentum ut circumverteres mancipium, aut si una voce liberum esse iusseris. — 2) Significantur manumissi testamento (Momms.).*

*Similiter VI 18104: libertis libertabusque quos manumisi et quos manumisero. Adde XIV 382: [libertis] . . quos testamento aut co[di]cillis manumisero.*

**8269** L. Aemilio L. f. Vot. Proculo | C.<sup>1</sup> veterano, pr.<sup>2</sup> Cumis, de HS | IIII m. n. legatis testamento | eius, Aemilia Ephesia uxor | amplius adiectis de sua pecun. | HS VI m. n., sibi libertis libertabus|que posterisque suis et | Proculi, qui testamento | statu libertatis relictis essent. | Huic monumento vendundi | potestas nulli sit.

*Cumis (Notizie degli scavi 1898 p. 492). — 1) Centurioni. — 2) Praetori.*

**8270** dis manibus | C. Mucio Ianuar. | C. Mucius Ianuarius lib. | patrono optimo | [et]<sup>1</sup> Iuliae Secundae coniug. | m. et sibi libertis liberta|busq. quq. ab is manumis|si manumissaeve, posteris|que eorum.

*Romae ad viam Nomentanam rep. (VI 8401 semel circa a. 1600 nescio quam accurate descripta). — 1) Fl. traditur.*

**8271** d. m. | Antoniae Clementinae ux., P. Rufius Flaus | m. f.<sup>1</sup> et s., viv.; inq. memoriam perpetuam | hortos coherentes sive suburbanum tradidit | lib. libertabusq. ex familia ux.<sup>2</sup>, Marullo, Antroclo, Helenae, Tertullinae; excepitq. nequis eos | venderet, set per genus ipsorum possessio (*sic*) decurreret | vel per atuatos vel manumissos.

*Tarracone (II 4532 vidit Huebner). — 1) Merenti (maritus?) fecit. — 2) Uxoris.*

**8272** C. Iulius Hermes | libertis libertabusque suis | dedit posterisque eorum, | ita ut ne quis ex hoc agro aedificis|ve quibus donationis causa eman cipatum erit, de nomine alienasse | velit nisi in persona filiorum | aut libertorum suorum, ne simili | poena sepulchri teneatur.

*Romae, iam Neapoli (VI 20061 vidit Mommsen).*

**8273** P. Marcus P. f. Maximus | et Messenia L. f. Valeria | fecerunt sibi et suis libertis | libertabusq. posterisque eorum, | ut usque ad unum ex domo eorum | qui extiterit possideat<sup>1</sup>, ne at exterum | perveniat.

*Romae (VI 22083 vidit Henzen). — 1) Intellege: ut, quousque unus ex domo eorum extiterit, is possideat.*

**8274** d. m. | T. Aelius Aug. lib. Faustus | et Aelia Arete uxor fecerunt | vivi sibi et liberis suis, item | libertis libertabq. suis et | posteris eorum, ita ut ne de | nomine suo aut familia exeat | ut possit memoriae suae quam diutissime sacrificari.

*Romae (VI 10701 aliquoties descripta saec. XVII. XVIII).*

**8275** d. m. | L. Iulius Apollonius et | L. Iulius Karicus | fecerunt | sibi et suis et libertis | libertabusque posterisque | eorum | et ne quis alienigerum<sup>1</sup> | corpus inferre velit, item | ne de nomine Iuliorum exeat. | Huic monumento dolus | malus abesto.

*Romae (VI 1984i descr. saec. XVIII R. Venuti). — 1) Sic videtur legisse Ven.*

**8276** C. Iulius Iason et | Cocceia Tryphaena | fecerunt sibi et | libertis libertabusque | suorum dumtaxat qui | ex familia eorum fuissent. | In fr. p. VI S, in agr. p. VIII.

*Romae, iam Oxonii (VI 20087 vidit Huebner).*

**8277** d. m. | P. Sullio Narcissiano | filio benemerenti fecit | Terentia Secundilla | et sibi et suis posterisque | eorum, ita ne de nomine | libertorum libertarumve | meorum posterisque eorum exeat.

*Romae (VI 26940 vidit Marinus).*

**8278** M. Varenus<sup>1</sup> Diogenes | fecit sibi et suis et | Veturiae Maximae | coniugi ca[r]jissimae et | M. Varenio<sup>1</sup> Fortunato Maio<sup>2</sup> | et M. Varenio<sup>1</sup> Fortunato, vix. | ann. VII mensib. X dieb. XV, | et libertis libertabus posterisque. | eorum et quorum nomina | hic sunt, ne de nomen Varenii | exsistat.

*Romae (VI 28318 vidit Bormann). — 1) Primum quadratarius scripserat Varenius, Varenio. — 2) An: maiori?*

**8279** M. Atilius Tyrannus | fecit sibi et | posterisq. suis omnibus,  
et | Atiliis omnibus qui | ius habent in monumento | maiore et posteris-  
que eorum.

*Apud Lingones Gallos (Langres), provinciae Germaniae superioris, sine dubio rep. (cf. not. 34), sed traditur sine ulla loci indicatione (XIII 5708 semel descripta, quod apographum servavit folium membranaceum saec. X bibliothecae Basileensis, reperit Wackernagel, edidit primus Kiessling program. univ. Basil. 1865; tractaverunt de Rossi bull. arch. crist. 1865 p. 294 seq.; Huebner ann. inst. 1864 p. 200 seq., repetivit Wilmanns ex. inscr. 315). Versuum divisio ignoratur (indicavi et numeravi versus codicis). — 1) Apparet superesse haec ex testamento quod in lapide iuxta sepulcrum incisum fuisse putandum est. De tempore cf. not. 29. — 2) loco inseruit Mommsen. — 3) ubi traditur. — 4) altam traditur. — 5) Pedes. — 6) legitica traditur. — 6\*) Paria cenatoria. — 7) & abollet II tunica traditur. — 8) cl. udaturq., correctum ex claudaturq., ms. — 9) lidem etiam infra memorantur (r. 42). — 10) si quid, 11) aliove ms. — 12) Denarios triginta (XXX traditur). — 13) Heredes. — 14) iiii scribanturq. traditur. — 15) Magistratum. —*

16) . . . . eri . . . . acumii . . . . indussi traditur; sic ut supra supplevit Momms. — 17) *Vocabulum videtur corruptum.* — 18) *Haec vel similia excidisse apparet.* — 19) *Heres heredesque.* — 20) *Inserere heredis.* — 21) *Damnas damnatas.* — 22) *Supplevit Kiessling.* — 23) *Lacuna in codice; suppl. Kiessl.* — 24) *colentiū ms.* — 25) *Interciderunt nonnulla (incipit codicis pagina altera).* — 26) *monimentive ms.* — 27) *propius imponi | queant quibus ms., correxit Mommsen.* — 28) *ibi iis ms.* — 29) *Civilitatem Romanam hos homines adeptos esse per Sex. Iulium Frontinum, cui bello Civilis (a. 70) civitas Lingonum se tradiderat (Frontin. strateg. 4, 3, 14), coniecit Huebner. Quod si ita est, testamentum circa Traiani aetatem factum esse videtur.* — 30) *Heres heredesque.* — 31) *Supra scriptis scripti.* — 32) *Supplevit Momms.* — 33) *quemadmodum s. | desit public. traditur. Lege: quemadmodum supra scripsi, dare damnas damnatas esto sunt rei publicae.* — 34) *Ex hoc loco apparet, inscriptionem stelsse intra fines Lingonum, et testatorem fuisse Lingonem (natione Gallum eum fuisse etiam aliis rebus indicatur, cf. not. 48, 50).* — 35) *C traditur, C fuisse monuit Kiessling.* — 35<sup>a</sup>) *perpetua traditur.* — 36) *Imponatur.* — 37) *Supplevit Kiessling.* — 38) *Heres.* — 39) *Supplevit Momms. (in codice erasa nonnulla).* — 40) *pfane itur ms.* — 41) *Nomen loci ut videtur Gallicum. Simile nomen deae supra N. 4555.* — 42) *Spatium vacuum in codice.* — 43) *annua, ex eo factum annui, cod.* — 44) *ero pos . . . ū codex (quem nuper examinavit Duemmler), post pos litteras evanidas teris eorū, sed secundis demum curis, legere sibi visus erat Kiessling.* — 44<sup>a</sup>) *curatores qui codex.* — 45) *Supra scripta.* — 46) *Septembr. num excederit, incertum.* — 47) *Cf. not. 29.* — 48) *Nomen Gallicum. Apparet hos nondum fuisse cives Romanos.* — 49) *Liberto meo.* — 50) *Conferendus Caesar b. G. 6, 19, 4: omnia, quae visis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt (Galli); similiter Mela 3, 2, 19. Defunctum apparet venandi studiosum fuisse.* — 51) *gladei .. traditur.* — 52) *thalamis traditur (vocabulum in margine codicis adiectum), correxit Hercherus collato Mart. 14, 218.* — 53) *Spatium vacuum in codice.* — 54) *& scurfio ms., correxit Kiessl. collato Plin. h. n. 7, 206.* — 55) *plumari quod traditur; restitutio non certa.*

#### Ex testamento Dasumii.

8379<sup>a</sup> . . . . [amicis meis] infra scriptis qu[isquis mihi heres erit | dare damnas esto singul]is auri p.<sup>1</sup> libras: Iuli[o] . . . . | . . . . no, Volusio Iuliano. . . . | . . . . [Plinio]<sup>2</sup> Secundo, Cornelio [Tacito]<sup>2</sup> . . . . | . . . . [A]uspicato. (Post alia) Dasumiae Syche<sup>3</sup> nutrice[ī do lego]. . . . | . . . .

Romae ad viam Appiam rep., tabula ingens versuum centum triginta quattuor, sed ex quorum unoquoque paucae tantum litterae supersunt; propositi paucorum tantum versuum (v. 14—18. 55) reliquias (V1 10229 vidit Henzen, supplevit Mommsen; antea tractaverunt Borghesi opp. 6, 424 seq. et Rudorff Zeitschrift f. Rechtsgesch. 12, 1845 p. 501 seq.). Tabula continebat testamentum factum anno 108, cuius consules leguntur v. 124; testamentum esse Dasumii, qui consul fuerat circa a. 105, probabiliter coniecit Borghesius opp. 6, 425. — 1) Pondo. — 2) Supplementa non certa sed probabilia. Tacito et Plinio in amicorum testamentis eadem legari solita esse narrat hic ep. 7, 20, 6. — 3) Ex nomine nutriceis testatorem fuisse Dasumium probabiliter collegit Borghesius l. c. p. 429.

Ex testamento superest etiam III S. 44195; capita ex testamentis supra N. 6468. 6469. 6647. 6818. 6957. 7196, F111 9052. XI 4395.



8380 Velius Fidus<sup>1</sup> Iubentio Celso<sup>2</sup> col[legae]<sup>3</sup> suo salutem.

Desideri<sup>4</sup> fra[ter]<sup>5</sup>, Arrii Alphii Arriae Fadillae, domini n. imp. Antonini Aug. matris<sup>6</sup>, liberti | libellum tibi misi, cogniti mihi ex | longo tempore primae iubentutis. | Etiam miratus, cum ab aedibus es[sem]<sup>7</sup>, quot eo lo.<sup>8</sup> se contulisset, a quo | didici causa se requitionis (sic) set et religionis magnopere. a domino n. imp. | impetrasse<sup>9</sup>. Ita ne qua mora videatur ei per nos fieri, libellum subscrip[tum per eundem (sic) publicum sine mora | mihi remittas. Opto te salvo(n) (sic) et fel[ic]em es. |

Exeplu. libelli dati<sup>10</sup>. |

Cum ante hos dies coniugem et filium ami[serim] et pressus necessitate corpora eorum | fictili sarcofago commendaverim, doni[que] is locus, quem emeram, aedificaretur vi[a] Flaminia inter miliar. II et III euntibus a[bi] urbe parte laeva custodia monumenti | Fla. Thumeles, maesolaeo<sup>11</sup> M. S[i]li Orcili: | rogo, domin., permittas mihi in eodem lo[co] in marmoreo sarcofago, quem mihi mo[do] comparavi, ea corpora colligere, ut cuan[d]one ego esse desier., pariter cum eis ponar. |

[D]ecretum<sup>12</sup>: fieri placet. Iubentius Celsus | promagister subscripsi III nonas Noemb. | Antio Polione et Opimiano kos.<sup>13</sup>, ordina[r]is Severo et Sabiniano cos.<sup>14</sup>

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 2120 cf. 52598<sup>a</sup> vidit Henzen; cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 1047). — 1) Homo notus etiam ex t. Heliopolitano Syriae III S. 14387<sup>e</sup>. — 2) Consul ordinarius a. 164. — 3) Sc. in collegio pontificum. — 4) Videtur agnomen (signum) Iuventii, quo eum collega blande appellat (coniungendum esse: desiderii libellum, i. e. libellum supplicem, coniecit Momms.). — 5) De fratris appellatione cf. Friedländer Sitteng. 1 (ed. 6) p. 445. — 6) Cf. vit. Pii 1. — 7) Abessem. — 8) Loco. — 9) Invere: velle. Intellege: Miratus, cum ab aedibus meis abessem, Alphium me persecutum ad eundem locum se contulisse, ab eo didici ipsum ob causam requitionis, sed et religionis magnopere a domino impetrare quid velle (Mommsen). — 10) Ab Arrio Alphio. — 11) Tam maesolaeo quam a mesolaeo legi potest. — 12) secretum lapis. — 13) Consules suffecti praeterea ignoti. — 14) Consules ordinarii a. p. Chr. 155. Raro ita annus indicatur, per consules ordinarios et suffectos (Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 92 not. 5 et p. VIII not. 1).

8381 [d.] m. [s.] C[ollegi][u]m pon[ti]ficum d[e]crevit<sup>1</sup>: si e[st] ita sunt | que libelo | [c]ontene[n]tur, pla[cere] per[.] . . re<sup>2</sup> puella | [de] q.<sup>3</sup> agatu[r] s[acelo] (in pila altera) [eximere et i]ter[um] ex] pra[escr]ipto | [d]epone[r]e et scripturam tituli at prist[inam] for[mam] restituere. p[er]iculo prius | dato operi[s] faciend[i] ove atra.<sup>4</sup>

Prope Tarracinam, loco antiquo, in pilis duabus, ad ingressum ut videtur sepulcri (X 8259 vidi). — 1) Cf. Plin. ep. ad Trai. 61. — 2) Duae tantum litterae perierunt; nonnulla a quadratario omissa esse putat Momms. — 3) Puellam de qua. — 4) Cf. Paulus sent. 1, 21, 4: qui corpus perpetuae sepulturae traditum vel ad tempus alicui loco commendatum nudaverit et solis radiis ostenderit, piaculum committit. Supra N. 4792.

**8382** d. m. s. (*ascia*) | Fl. Provincia fecit sibi | — T. Coelius Senti-  
nianus For. | Cor.<sup>1</sup>, 7 coh. II vig., petit a ponti|fices, ut sibi permitterent |  
reficere<sup>2</sup> n.<sup>3</sup> monumentum | iuris sui — lib. libertabusque, | sibi et suis  
posterisque | eorum.

*Romae (VI 2965 saepius descripta saec. XV. XVI). — 1) Foro Cornelii. —*  
*2) Cf. Ulpian. Dig. 41, 3, 5: pontifices explorare debent, quatenus salva religione*  
*desiderio reficiendi operis medendum sit. Cod. Theod. 9, 47, 2. VI 35068: permissu*  
*pontific. refec. Supra N. 8140. — 3) Novum? (Orell.).*

**8383** d. m. | Marcia Augurina sepul|crum parentum suorum | ve-  
tustate corrup|tum permissu pontificum | c. v. restituit, libertis lib|erta-  
busque posterisque eo[τ]um. Hic monimentus extra|neu herede non  
sequitur.

*Romae rep. in coemeterio Callisti (VI 22120 vidit de Rossi).*

**8384** Heraclides Menedoti f. | Calliste matri suae et | Menedoto  
fratri l. l. l. p. o. m. s.<sup>1</sup> | Ti. Plautius Lupus, | Ti. Plautius Euaristus, |  
M. Plantius Synnedemus | hoc monumentum suum | violatum viadicarunt  
et | restituerunt<sup>2</sup> nonmina (*sic*) | obitorunt (*sic*).

*Romae, iam Perusiae (VI 49295. X 5736 vidit Bormann). — 1) Libertis liber-*  
*torumque libertis posterisque omnibus? — 2) Cf. XIV 4246: qui convicerunt et titul.*  
*restituerunt.*

**8385** . . . |mus Pal. Pri|scus | fil. dulcissi|mae hunc | [ti]tulum ne  
qua | ei loci contro|versia quan|done fieret, | defodit.

*Romae (VI 25048. 29910 vidit Henzen).*

**8386** . . . . Carpus, . . . . | Aelius . . . ., Aelius Dignus, | Paccius  
Charito et socii | hoc cepotaphium muro cinctum | cum suo iure omni  
ex auctoritate | et iudicio pontificum possederunt.

*Romae (VI 40675 servavit Fabrettius).*

**8387** d. m. | T. Aelius Victorinus vivo se ex arca | pontificum<sup>1</sup>  
comparavit, sibi et | Marciae Apolaustidi coniugi | suae incomparabili,  
cum qua | vixi sine ulla iracundia, et | lib. lib. posterisque aeorum (*sic*), |  
aditis tribus.

*Romae (VI 40842 vidit Henzen). — 1) Mira hoc loco mentio arcae pontificum*  
*(diversa arca publica supra N. 7875). Cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 72 not. 4.*

**8388** d. m. | Arriae Apolloni|ae parenti et patr.<sup>1</sup>, et | Arriae Teles-  
phoridi | coniugi virginiae, q. v. | annis XXXXV, fecit Cn. | Arrius Abas-  
cantus | sibi et Arriae Phone filiae suae et lib. | lib. q. post.q. eor. In  
hoc monumento sive | sepule. corp. per aedil. inferri licebit<sup>2</sup>.

*Romae (VI 12589 bis descripta saec. XVI). — 1) Patronae. — 2) Cf. Mommsen*  
*Staatsr. II ed. 3 p. 540 not. 4.*

**8389** dis man[ibus sacr.] | Iuniae L. f. Cele[rinae matri et aviae?] | Ti. Ti. Claudii Euschemus et Prim[itivus]. | Claudiae Quiane<sup>1</sup> Euschemus sorori, | Primitivus matri, | Euschemus consobrinae Samiariae Arethusaе; | isdem corporibus tralatis perm. trib. pl.<sup>2</sup>, et | Ti. Claudio Epaphrodito tatae bene me. fecer. | et sibi et suis libertis libertabus posterisque | eorum.

*Romae (VI 20865 descriperunt Smetius aliquae). — 1) Κεάνη? (Momms.). — 2) Permissu tribunorum plebis (hos similiter ut pontifices, cf. N. . . ., prmittere potuisse corpora transferri, alibi non traditur. Cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 329.*

**8390** Egnatiae A. f. Aul[inae] . . . | flaminicae in colonia C. . . . .<sup>1</sup> | provinciae Narbone[nsis]; | L. Caecilio L. f. Pom. Long[o, cuius] | corpus pontificum perm[issu ex vetere?] | monumento in hoc tral[atun] est. | Egnatia Aulina mammae s[uae] | et Q. Vibio Crispi l.<sup>1</sup> A . .

*In Sabinis, loco dicto Frasso prope Trebulan Mutuescam (IX 4881 bis descripta saec. XIX). — 1) l. . . alterum exemplum. — 2) Patronus fuit Q. Vibius Crispus nobilis orator, de quo cf. Tac. ann. 14, 28 cet.; Prosopogr. imp. Rom. II p. 420 n. 379.*

**8391** [in his] aedificis et locis | [adi]acentibus aedificis, sive is locus ager est, | [P.] Aeli Rufini militis | [omni]bus<sup>1</sup> se possessorem esse ex causa emptionis P. | Aeli Abascanti, patris sui, Alfenio Senecioni subpraef. | class. pr. Mis.<sup>2</sup> probavit et meruit sententiam, quam ius[su] eiusdem Senecionis subpraef. huic titulo proscripsit. |

Senecio c. c. c.<sup>3</sup> dixit: | Necessariam fuisse inspectionem aedificiorum et | loci, de quibus apu[t] me actum est, re ipsa manifestatur. | Cum igitur aedificia solo puro posita deprehende[rim] neque ullo sepulchro superposita vel coniuncta, ap[paret] venditionem eorum iure factam, ideoque ad Aelium | Rufinum militem ex causa emptionis pertinere videntur. | Loci vero sive agri, quem adiacentem aedificis Aelius Abas[cantus, pater Rufini, ab heredibus Patulci Diocletis aequ[e] | mercatus est, cum habeat plurima et dispersis locis sepul[chra, ius per venditionem transferri ad emptorem | non potuit. Set cum pater Rufini et postea Rufinus, quam]quam non iure facta emptione, semper in possessionem | fuerint, nullo iure eum locum vindicare sibi Patulci pos[sunt]. Plane cum in re praesenti inspexerim [cippum ubi nomen] | erasum<sup>4</sup> Patulci dicunt, remanere [tamen vestigia scripturae] | experimentia haec verb[a] . . .

*Puteolis, postea Neapoli (X 3334 saepius descripta saec. XVI; plerique adnectunt supplementa Neapoli ad lapidem antiquum adiecta). — 1) Melius dixisset: Horum aedificiorum . . . omnium P. Aelius Rufinus miles. — 2) Subpraefecto classis praetoriae Misenenensis. Idem ut videtur VIII 9046. Filius eius videtur esse supra N. 2618. 3399. — 3) Cum consilio collocutus. — 4) Titulus sepulcralis, in quo Patulciorum nomina erasa erant, extabat Neapoli tempore Accursii X 2826.*

**8392** d. m. L. Ofillius | Artemidorus | vius (*sic*) sibi fecit | secus<sup>1</sup> Curtia P. f. Tyche | coniug. simplicissim. sua, | cum quem (*sic*) vix. an. III sine | querell., et contra Ofillia | Vitali filis (*sic*) dulciss. sua | ex Caulia Ianuaria matr., | et Lucii Septimanus et Euty|ches filii fecerunt patri | optimo cum Sulpicia L. f. | Valentina uxore eius. | Quisq. autem secus<sup>2</sup> ara igne fecer., | sciat se ad pontifices disputaturu.

Romae (VI 35987 = *Notizie degli scavi 1885 p. 226*). — 1) *Secundum, iurta*. — 2) *Aliter ac*.

### Laudationes funebres.

**8393** . . . . . [u]xoris<sup>1</sup>.

(Pag. 1).

. . . . . mo]rum prohib[ate . . . . .]rum. . . . . permansisti prob . . . . |

(3) Orbata es re[pente ante nuptiar]um diem utroque pa[rente in penatium soli]-(4)tudine una o[ccisis. Per te maxi]me cum ego in Macedo[niam<sup>2</sup> abissem], | (5) vir sororis tua[e C. Cluvius<sup>3</sup> in A]fricam provinciam, [non remansit inulta] | (6) mors parentum. |

(7) Tanta cum industria m[unere es p]ietatis perfuncta eff[lagitando inquirendo] | (8) vindicando. ut, si praes[to fu]issemus, non ampli[us praestissemus. At] | (9) haec habes communia cum [s]anctissimá feminá s[orore tua.] |

(10) Quae dum agitabas, ex patria domó propter custodia[m pudicitiae, sumpto] | (11) de nocentibus supplicio. e vest[i]gio te in domum ma[tris meae<sup>4</sup> contulisti, ubi] | (12) adventum meum expectast[i]. |

(13) Temptatae deinde estis, ut testamen[tum patris], quo nos eramus heredés, rupt[um diceretur] | (14) coemptione facta cum uxore<sup>5</sup>: ita necessario te cum univ[er]sis pat[ris bonis in] | (15) tutelam eorum, qui rem agitabant, reccidisse: sororem omni[um rerum] | (16) fore expertem, quod emancupata esset Cluvio. Qua mente ista ace[peris, qua iis prae]-(17)sentia animi restiteris, etsi afui, conpertum habeo. |

(18) Veritate causam communem [t]utata es: testamentum ruptum non esse, ut [uterque potius] | (19) hereditatem teneremus, quam omnia bona sola possiderés, certá qui[dem sententia] | (20) te ita patris acta defensuram, ut si non optinuissem, partitúram cum s[orore te existi]-(21)mares: nec sub condicionem tutelae legitimae venturam, quoniam per [legem in te ius non] | (22) esset, neque enim familia[e] gens ulla probari poterat, quae te id facere [cogeret]: | (23) nam etsi patris testamentum ruptum esset, tamen iis, qui intenderen[t. non esse id] | (24) ius, quia gentis eiusdem non essent.

(25) Cesserunt constantiae tuae neque amplius rem sollicitarunt: quo facto [reuerentiae in patrem]. | (26) pietatis in sororem, fide[is] in nos patrociniū succēptum sola peregisti. |

(27) Rara sunt tam diuturna matrimonia finita morte, non divertio in[terrupta: nam contigit] | (28) nobis, ut ad annum XXXXI<sup>6</sup> sine offēsa perduceretur. Utinam vetust[um ita extremam sub]- (29) isset mutationem vice m[e]a, qua iustius erat cedere fato maiorem. |

(30) Domestica bona pudici[t]iae, opsequi, comitatis, facilitatis, lanificiis<sup>7</sup> tuis [adsiduitatis, religionis] | (31) sine superstitione, o[r]natus non conspiciendi, cultus modici cur [memorem? cur dicam de tuorum cari]- (32) tate, familiae pietate, [c]um aequae matrem meam ac tuos parentes coll[ueris eandemque quietem] | (33) illi quam tuis curaveris, cetera innumera- bilia habueris commun[ia cum omnibus] | (34) matronis dignam [f]amam co[l]entibus? propria sunt tua, quae vindico ac [quorum pauci in] | (35) similia inciderunt, ut talia paterentur et praestarent, quae rara ut essent, [hominum] | (36) fortuna cavet. |

(37) Omne tuom patrimonium acceptum ab parentibus communi diligētia cons[ervavimus]: | (38) neque enim erat acquirendi tibi cura, quod totum mihi tradidisti. Officia [ita par]- (39) titi sumus, ut ego tu[t]elam tuae fortunae gererem, tu meae custodiam sust[ineres. Multa] | (40) de hac parte omittam, ne tua propria mecum communicem: satis sit [hoc] mi[hi tuis] | (41) de sensibus [indi]casse.

(42) [Liberali]tatem tuam c[um] plurimis necessariis tum praecipue pietati praesti[tisti domesticae]. | (43) [Feminas egregias licet facile qu]is alias nominaverit, unam dumtaxat simillimam [tui] | (44) . . . . . [h]abuisti sororem tuam: nam propinquas vestras d[ignas eiusmodi] | (45) . . . . . [of]ficiis domibus vestris apud nos educavisti. eadem u[t condicio]- (46) nem dignam famili[ae] vestrae consequi possent, dotes parastis: quas quid[em a vobis] | (47) constitutas comm[uni] consilio ego et C. Cluvius excepimus et probantes [liberalitatem,] | (48) ne vestro patrimo- nio vos multaretis, nostram rem familiarem sub[didimus] | (49) nostraque praedia] in dotes dedimus. Quod non venditandi nostri c[ausa rettuli,] | (50) sed ut illa consilia vestra concepta pia liberalitate honori no[s duxisse consta]- (51) ret exequi de nos]tris. | (52) Complura alia benefici]a tua prae- termittenda [duxi . . . . .

(perierunt complura).

(Pag. II).<sup>8</sup>

. . . . . [subs]idia fugae meae praestitisti ornamentis | (2) [divenditis], cum omne aurum margaritaeque corpori | (3) [detracta trad]idisti mihi et subinde familia nummis fructibus, | (4) [deceptis a]dversariorum custodibus apsentiam meam locupletasti<sup>9</sup>. | (5) [Experiri vim mil]itis<sup>10</sup>, quod ut con- rere virtus tua te hortabatur, | (6) [destitisti: tutiorem viam tibi m]unibat<sup>10</sup>

clementia eorum contra quos ea parabas. | (7) [*In tanta calamitate nulla indigna v*]ox tua est firmitate animi emissa. |

(8) . . . . . [*ce*]rtis hominibus a Milone<sup>11</sup> quoniam domus emptione |  
(9) . . . . . exu[*l*] belli civilis occasiōibus inrupturum | (10) . . . . .  
*defe*]ndisti domum nostram. |

(*Perierunt non pauca.*)

. . . . . [*Iure Caesar dixit tibi acceptum esse referendum*] |  
(11) me patriæ redditum a se, [*na*]m nisi parasses quod servar[*et, etiam Caesar*]  
| (12) inániter opés suas pollice[*ret*]ur. ita non minus pietati tu[*ae quam cle-*  
*mentiae illius*] | (13) me debeó. |

(14) Quid ego nunc interiora [*no*]stra et recondita consilia s[*ecreto*  
*pectoris*] | (15) éruam? ut repentínis nu[*l*]tis ad praesentia et inminen[*tia*  
*vitanda excita*]- (16) tus tuis consiliis cons[*er*]vatus sim? ut neque audaci[*a abripi me*] | (17) temere passá<sup>12</sup> sis et mod[*es*]tiora cogitanti fidá re-  
ce[*ptacula pararis*] | (18) sociosque consilioru[*m t*]norum ad me servandum  
d[*ederis sororem*] | (19) tuam et virum eius C. Clu[*viu*]m, coniunctó<sup>12</sup> om-  
nium per[*iculo? non finiam*], | (20) sí attingere coner. sat [*es*]t mihi tibi-  
que salutáriter m[*e latuisse*].

(21) Acerbissimum tamen in ví[*ta*] mihi accidisse tuá vice fatebo[*r,*  
*reddito iam non inutili*] | (22) cíve patriae beneficio et i[*ud*]icio apsentis  
Caesaris Augusti<sup>13</sup>, [*quom per te*] | (23) de restitutione mea M. L[*epi*]dus  
conlega praesens interp[*ellaretur et ad eius*] | (24) pedés prostrata humi.  
n[*on*] modo non adlevata, sed trá[*cta et servilem in*] | (25) modum rapsáta,  
livóri[*bus c*]orporis repléta, firmíssimo [*animo eum admone*]- (26) rés édicti  
Caesaris cum g[*r*]atulatione restitutionis me[*ae, auditisque verbis eti*]- (27) au-  
contumeliosus et cr[*ud*]elibus exceptis vulneribus pa[*lam ea praeferres*], |  
(28) ut auctor meórum peric[*ul*]orum nótesceret. quoi noc[*uit mox quod*  
*fecit*]. |

(29) Quid hác virtute efficáciu[s]? praebere Caesarí clementia[*e locum*  
*et cum cu*]- (30) stodiá spiritús mei not[*a*]re inportúnam crudelitatem  
[*egregia tua*] | (31) patientiá? |

(32) Sed quid plura? parcamu[s] órationi, quae debet et potest  
e[*xire, ne viliter maxi*]- (33) ma opera tractando pa[*r*]um digne peragamus,  
quom pr[*o documento*] | (34) meritórum tuorum oc[*ul*]is omnium praé-  
feram titulum [*vitae servatae*]. |

(35) Pácátó orbe terrárum, res[*titul*]á re publicá<sup>14</sup> quíeta deinde n[*obis*  
*et felicia*] | (36) tempora contigerunt. sue[*ru*]nt optati liberi, quos aliqua[*mdiu*  
*sors invi*]- (37) derat. sí fortúna procéd[*ere e*]sset passa sollemnis inservie[*ns,*  
*quid útrique no*]- (38) strum defuit? procédens a[*et*]ás<sup>15</sup> spem [*f*]iniebat.  
quid agitav[*eris propter hoc quae*]- (39) que ingredi conata sis, I[*or*]sítan in  
quibusdam fémínis [*conspicua et admirabi*]- (40) lia, in te quidem minime  
a[*dm*]iranda conlata virtútibu[s] tuis reliquis, iam eloquar]. |

(41) Diffidens fecunditati tuae [et d]olens orhitate meá, ne tenen[do in matrimonio] | (42) te spem habendi liberos [dep]onem atque eius caussa ess[em infelix, de divertio] | (43) elocuta es, vocuamque<sup>16</sup> [do]mum alterius fecunditati t[er]e tradituram, non alia | (44) mente nisi ut nota con[co]rdia nostra tu ipsa mihi dis[ignam con]-(45)dicionem quaereret p[ar]ar[er]esque, ac futuros liberos t[er]e communes pro[ ]-(46) que tuis habituram adfirm[er]es, neque patrimoni nos[tri, quod adhuc] | (47) fuerat commune, separa[ti]onem facturam, sed in eodem [arbitrio meo id] | (48) et si vellem tuo ministerio [fu]t[urum]: nihil seiunctum, ni[hil separatum te] | (49) habituram, sororis soc[rusve] officia pietatemque mihi d[einceps praestitutam]. |

(50) Fatear necessest adeo me exa[rsi]sse, ut excesserim mente, adeo [exhorruisse ac]-(51) tuis tuis, ut vix redderem [mi]hi. agitari divertia inter nos [ante quam] | (52) [f]at[is] dicta lex esset, poss[e te] aliquid concipere mente, qua[re viva desineres] | (53) esse mihi uxor. cum paene [e]xule me vita<sup>17</sup> fidissima perman[sisses]. |

(54) Quae tanta mihi fuerit cu[m]piditas aut necessitas habendi li[beros, ut propterea] | (55) fidem exuerem, mutare[m] certa dubiis? sed quid plura? [permansisti] | (56) aput me; neque enim ced[er]e tibi sine dedecore meo et co[m]muni infelici]-(57) tate poteram. |

(58) Tibi vero quid memorabi[lius] quam inseruiendo mihi o[peram dedisse te], | (59) ut quom ex te liberos ha[b]ere non possem, per te tamen [haberem et diffi]-(60) dentia partus tui alterius[coniugio] parares fecunditat[em?]. |

(61) Utinam patiente utriusqu[e] a[etate] procedere coniugium [potuisset, donec e]-(62) lato me maiore, quod iu[stus] erat, suprema mihi praesta[tes, antea vero super]-(63) stite te excederem orbita[e] filia mihi supstituta. |

(64) Praecurreristi fato, delegast[is] mihi luctum desiderio tui nec libe[ros habentem solum vi]-(65) rum reliquisti. flectam ego quoque sensus meos ad iudicia tu[a, a te destinata] adoptans. |

(66) Omnia tua cogitata praescri[pta] cedant laudibus tuis, ut sint mi[hi documento, quantopere ego] | (67) desiderem, quod inmortalitati ad memoria[m] consecrat[am tradidi]. |

(68) Fructus vitae tuae non derunt [mi]hi. occurrente fama tua firmat[us animo et] | (69) doctus actis tuis resistam fo[r]tuna[e], quae mihi non omnia erip[uit, cum laudi]-(70) bus crescere tui memoria[m] [pas]sa est. sed quod tranquill[is] status e[rat, tecum] | (71) amisi, quam speculatricem e[st] propugnatricem meorum pericul[orum cogitans calami]-(72) tate frangor nec permane[re] in promisso possum. |

(73) Naturalis dolor extorquet const[ant]itiae vires: maerore mersor et quib[us] modo me firmavi<sup>18</sup>, | (74) in necitro<sup>19</sup> mihi consto: repeten[s] pristinos casus meos futurosque eve[ntus ab omni spe de]-(75) cido: mihi

tantís talibusque pr[aesi]diis orbatus, intuens famam tuam n[on tam fortiter pa]l-(76) tiendo haec quam ad desider[ium] lúctumque reservatus videor. |

(77) Ultimum huius órationis erit omn[ia] mernisse te neque omnia contigisse mi[hi ut praestarem] | (78) tibi. legem habui mandata tu[a]: quod extra mihi liberum fuerit, pr[aestabo]. |

(79) Te di manés tui ut quietam pat[ia]ntur atque ita tueantur optó.

*Romae, tabulae ingentis duabus (vel etiam pluribus) paginis scriptae fragmenta variis locis urbis vel prope urbem reperta, unum, quod angulum dextrum superiorem totius tabulae occupabat (cf. not. 1), a. 1898 prodit ad viae Portuensis quartum chilometrum (VI 1527 cf. 51670 partem postrenam, i. e. pag. II vv. 11—79, in villa Albana vidit de Rossi; partem a. 1898 repertam edidit Vaglieri Notizie degli scavi 1898 p. 415). Tractaverunt Mommsen Abh. der Berl. Akademie 1863 p. 455 seq. (= juristische Schriften I p. 395 seq.), cuius sunt supplementa pleraque; Huschke Zeitschr. f. Rechtsgesch. 5, 1866 p. 468 seq.; F. Vollmer laudation. funebr. historia, Jahrb. f. class. Philol. Suppl. XVIII 1892, p. 491 seq. Specimina scripturae dederunt de Rossi studi e documenti di storia e diritto 1, 1880 tab.; Huebner ex. script. epigr. 1055. Tabula continebat laudationem funebrem mulieris a marito habitam vel scriptam (inter a. 746—752, cf. not. 6) et in sepulcro sine dubio lapidi incisam. Maritum eum fuisse unum ex proscriptis anni u. c. 711 apparet ex pag. II, fuisse Q. Lucretium Vespillonem, postea (u. u. c. 735) consullem, a. 711 u Turia coniuge domi occultatum et ita servatum (Val. Max. 6, 7, 2; Appian. b. civ. 4, 44) probare studuit Mommsen; sed virum illum non Romae delituisse, immo fuga servatum esse ex novo fragmento colligitur, ut viderint Vaglieri l. c. et Hirschfeld Bormannheft der Wiener Studien p. 4 seq.; hic (l. c. p. 4) cogitavit de Acilio, quem et ipsum inter proscriptos ab uxoribus servatos enumerat Appianus b. c. 4, 59 (cf. not. 9). — 1) Hoc vocabulum, quod solum superest ex v. 4 fragmenti a. 1898 reperti, scriptum est litteris maioribus, apparetque superesse ex superscriptione tituli, quae supra omnes paginas continuata fuisse putanda est (sequitur in eodem fragmento initium paginar secundae, cf. not. 8). — 2) A. u. c. 705, cum senatoribus partis Pompeianae. — 3) Cluvii nomen suppletum ex pag. I v. 46, 47, pag. II v. 49. De hoc homine dixit Mommsen l. c. p. 466, qui coniecit eundem esse C. Clodium cuius nomen legitur in nummis Caesaris (Momms. R. Münzw. p. 654 not. 552), Clodium quem memorat Cic. ep. 15, 7. — 4) Sic (cf. v. 52) supplevit Dürr Wiener Studien 5, 1884 p. 265, ma[terterae] proposuerat Momms. — 5) De hac controversia dixit Mommsen l. c. p. 468 seq.; cf. etiam Vollmer p. 505. — 6) Apparet, feminam de qua agitur, cum nupserit ante annum 711 (cf. infra), sed post annum 706 (supra v. 5 seq.), obitisse inter a. 746 et 752. — 7) Cf. N. 8402. 8405. — 8) Paginae secundae initium (vv. 4—10) legitur in fragmento reperto a. 1898. — 9) Similia de Acilii cuiusdam proscripti a. 711 uxore narrat Appianus b. c. 4, 59, ut monuit Hirschfeld. — 10) Supplementa a me inventa paulo reformavit Hirschfeld. — 11) Mirum orationem reverti ad a. 706, quo Milo ex exilio reversus et paulo post occisus est. Videtur domus Milonis emptione ad maritum defunctae pervenisse, haec autem irruptioni u Milone temptatae restitisse. — 12) Apices errare positi. — 13) Nondum redierat ex bello Philippensi, et Lepidus rex urbanas administrabat. — 14) Cf. Mommsen Staatsr. II (ed. 3) p. 746 not. 2. — 15) Supplevi (sic etiam Siebourg amicus Vollmeri; a[li]as priores). — 16) Cf. supra N. 6085 not. 84. — 17) Se ipsum dicit paene eandem vitam aliquando (a. 711) fuisse, scilicet paene mortuum (sic Hirschfeld l. c. p. 5). — 18) Supplevit Vollmer. — 19) Cf. Birt mus. Rhén. 54, 1879 p. 4.*



8394 . . . . Murdiae<sup>1</sup> L. f. matris. |

(Periit pagina minime una)

sed propriis viribus adlevant cetera quó firmiora | probábilioraque sint<sup>2</sup>. |

Omnes filios aequé fecit heredés partitione filiae data<sup>3</sup>. Amor | maternus caritate liberum, aequalitate partium constat. |

Viro<sup>4</sup> certam pecuniam legavit, ut iús dotis honore iudici angeretur. |

Mihi revocatá memoriá patris eáque in cónsiliu[m] et fidé suá adhibítá<sup>5</sup> aestumatione factá certás res testamento praelegavit, | neque eá mente, quo mé fratribus meis<sup>6</sup> quom [e]orum<sup>7</sup> aliquá | contumeliá praeferret: sed, memor liberalitatis patris mei, | reddenda mihi statuit, quae iudicio viri sui<sup>8</sup> ex patrimonio | meó cepisset, ut ea ússu (sic) suo custodita proprietati meae restituerentur. |

Constitit ergo in hóc sibi ipsa ut á parentibus dignis viris data | matrimonia opsequio probitate retineret, nupta meriteis gra[t]ior fieret, fide carior haberetur, iudicio ornatio[r] relinqueretur, post decessum consensú civium laudaretur, quom discriptio | partium habeat gratum fidumque animum in viros, aequalitatem in liberos, iustitiam in veritate. |

Quibus de causeis quom<sup>9</sup> omnium bonarum femínarum simplex similisque esse laudatio soleat, quod naturalia bona propriá custodiá servata varietatés verborum non desiderent, satisque sit | eadem omnes boná famá digna fecisse, et quia acquirere | novas laudes mulieri sit arduom, quom minoribus variatibus vita iactetur, necessario<sup>10</sup> communia esse colenda, ne quod | ámissum ex iústis praeceptis cetera turpet. |

Eó maiorem laudem omnium carissima mihi máter meruit, quod | modestiá probitate pudicitia opsequio lanificio<sup>11</sup> diligentia fide | pár similisque ceteris probeis feminis fuit, neque úlli cessit virtútis laboris sapientiae periculorum<sup>12</sup>, praecipuam aut certe | [nulli secundam memoriam sibi parans?] <sup>13</sup> (incertum quam multa perierint).

Romae, incertum quo loco urbis rep., tabula magna mormorea (VI 10250 vidit Henzen). Cf. Rudorff Abhandl. Berl. Akad. 1868 p. 247 seq.; Vollmer Jahrb. f. class. Philologie Suppl. XVIII 1892 p. 484 seq. Inscriptionem esse aetatis bonae (temporum circiter Augusti) ostendit scribendi ratio (aestumatione, meriteis cet.). Notabiles sunt apices passim inter singula vocabula interpunctionum loco posita, forma non diversi ab apicibus quibus distinguuntur vocales longae. — 1) Femina praeterea ignota; nec minus ignotus filius qui hanc laudationem scripsit vel habuit. — 2) Haec quo pertineant non perspicitur (sed cf. Rudolff l. c. p. 246). — 3) Cf. Ulpian. fr. 24, 25. Dig. 36, 1, 22, 5. — 4) Vir hic, defunctae superstes, vitricus fuit eius qui verba facit. — 5) Dicitur mulier memoriam viri defuncti et propriam fidem quasi in consilium advocasse. — 6) Filiis Murdiae ex nuptiis secundis. — 7) forum lapis. — 8) Testamento viri prioris. — 9) q. quom lapis. — 10) Excidit sequitur vel simile quid. — 11) Cf. N. 8402. 8405 v. 8. — 12) Intellege pericula quibus virtutem laborem sapientiam comprobavit (sic fere Momms.). — 13) Supplevit Mommsen.

De simili oratione habita in honorem Matidiae cf. supra N. 327 not. 2.

**8395** D. Octavi. D. l. Modiari., | D. Octavi. D. f. Col.; | Pontia uxor | fruge, bona, pudica, | ave.

*Romae (I 1072. VI 23297; Ritschl tab. XCIIe).*

**8396**

C. Veius T. f. Mai.                      Basilia Sp. f. Posilla  
homo frūgi — et tū                      optuma fémina — salve.

*Romae, nunc Florentiae (I 1098. VI 28422 vidit Henzen).*

**8397** (in operculo urnae) heic sunt ossa | Variæ C. l. Glucerae | feminae sanctissum. | (in ipsa urna) frugi | piaæ.

*Romae (I 1096. VI 28355 inscriptionem operculi vidit Henzen).*

**8398** hic est illa sita pia frug. casta | pudic.  
Sempronia Moschis, |

cui pro meriteis ab coniuge | gratia relatast.

*Romae (VI 26192 saepius descripta saec. XV. XVI). Buecheler carm. epigr. n. 363.*

**8399** . . . . . | C. f. frugi. |

Magna hom[er]i[ni]s hic ossa teg[it] | saxsus<sup>1</sup>.

*Casapullae in agro Campano (X 4434 vidit Mommsen). — 1) Pars hexametri, Buecheler carm. epigr. n. 415.*

*Similes laudationes supra N. 1952. 7480. 7650. 7791.*

**8400** C. Numitorius | Asclepiades, | Mummia L. l. | Zosima. | Heis  
sunt duo | concordēs | famaue bona | exsituq. honēs. | Felix<sup>1</sup>.

*Romae (I 1071. VI 23437 vidit Henzen). — 1) Hoc vocabulum quo pertineat non apparet. Ceterum cf. Buecheler carm. epigr. 45.*

**8401** Q. Pompeius Bithynici<sup>1</sup> l. Sosus; | Sa[t]riena P. l. Salvia uxor,  
frug., | opsequentes et concordēs, Esquileis ab aqua | conclusa<sup>2</sup> fecer.  
sib[er] et sueis et digneis. |

Dum suppeditat vita inter nos annos LX viximus concordēs, |

morte obita ut monumentum haberemus fecimus vivi | studium<sup>3</sup>,

et Acme l. ut ūna conderemus conditivom | cubiculum<sup>4</sup> fecerunt. | Hoc  
monum. hered. | non sequetur.

*Romae, prope portam Praenestinam, tabula quae infixæ erat sepulcro ex lapide Albano (VI 55087 = Bull. comunale 1880 p. 55). — 1) Patronus fuit Q. Pompeius Bithynicus qui a. u. c. 675 Bithyniam in provinciae formam redegit (Festus s. v. rutrum p. 262 M.; Cicer. Brut. 68, 240. 90, 510, ad fam. 6, 17, 2; cf. praeterea Liv. ep. 93 cet.). — 2) Aquam conclusam Iordanus Bull. comunale l. c. p. 56 putat esse lacum quendam in Esquiliis situm, a quo nomen traxerit compitum. — 3) Cf. Buecheler carm. epigr. 4565. — 4) Cf. supra N. 8116 not. 1.*

**8402** hic sita est Anymone Marci optima et pulcherrima, |  
lanifica pia pudica frugi casta domiseda.

*Romae (VI 11602 cf. 54043 saepius descripta saec. XVI. XVII). Buecheler carm. epigr. 237.*

## 8403

hospes, quod deico, paullum est, asta ac pellege<sup>1</sup>.

Heic est sepulcrum hau pulcrum pulcrae feminae.

Nomen parentes nominarunt Claudiam.

Suom mareitum corde deilexit souo.

5 Gnatos duos creavit, horunc alterum  
in terra linqvit, alium sub terra locat.

Sermone lepido, tum autem incesso commodo.

Domum servavit, lanam fecit. Dixi. Abei.

*Romae* (I 1007. VI 15346 cf. p. 3517 descripserunt lucundus aliiqve complures viri docti saec. XV. XVI). *Buecheler carm. epigr.* 52. *Germanice vertit Mommsen Roem. Gesch. I p. 58 (ed. 5).* — 1) pellige luc.

**8404** Albia D. I. Hargula, vixit ann. | LVI, casta, fide magna, sei | quicquam sapiunt inferi<sup>1</sup>, | ut ossa eius quae hic sita | sunt bene quiescant.

*Romae* (VI 11337 vidit Henzen). — 1) *Eadem verba etiam alibi, cf. Buecheler carm. epigr.* 179. 180.

**8405** ossa heic sunt | Urbillae Primi mihi me pluris, | decessit an. XXIII, carissima | suis.

*Romae, nunc Beauvais in museo* (I 1103. VI 29385 vidit Hirschfeld).

**8406** L. Acculeius | L. I. Salvius; | cum vixit, bene vixit<sup>1</sup>.

*Romae ut videtur rep., est Sinigagliae* (VI 10482 vidit Bormann). — 1) *Cf. supra N. 7615; item N. 2257 cet.*

**8407** Cn. Atellius | Cn. I. Theoprast., | vixit cum fide.

*Carthagine nova* (II 3449 vidit Huebner).

**8408** Q. Petillius | Attalus | ob meritis eius | dignum prosequor. || Vett. . . . . | R . . .

*Romae* (VI 36076 vidit Gatti).

**8409** Philocalu[s] | Telesphoridi | alumne obaudien[t.].

*Roma ut videtur Bononiam allata* (VI 22116 vidit Bormann).

**8410** Sozomeneti alumnae | audienti<sup>1</sup> | patronus fidelis.

*Roma ut videtur Florentiam allata* (VI 26660 vidit Bormann). — 1) *I. e. ob- edienti.*

**8411** Hilari Clodi | M. s.<sup>1</sup>, o. h. s. s.<sup>2</sup> | vixit annos | XXII, amans | domini, opse|gens (*sic*) amicis.

*Capuae, iam Neapoli* (X 4167 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 8425 not. 1.* — 2) *Cf. N. 8004 not. 1.*

**8412** Q. Pacidaeus Q. C. I. | Auctus, | patronis placuit<sup>1</sup>.

*S. Benedetto, ubi fuit Marruvium Marsorum* (IX 5741 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 7480. 7617 cet. XI 947: qua ad (cf. N. 8415) vixit, patrono placuit.*

**8413** Papus | qua ad<sup>1</sup> vixit | conservis fuit karus.

*Romae (VI 25817 vidit Donius). — 1) Quoad. (Cf. ad N. 8412.)*

**8414** Celadus | Ti. Claudii Caesaris f.<sup>1</sup> ser., | vix. ann. XXV, | carus suis.

*Romae (VI 44642 vidit Henzen). — 1) Intellegitur Britannicus.*

**8415** Iucunda Mari, kara | suis viva et mortua. | Have! ossa hic s. s.

*Romae in monumento a. 1871 portam Praenestinam rep. (VI 6098 vidit Henzen).*

**8416** Oppia | 𐀓.<sup>1</sup> l. Felicia (*sic*), | vix. an. XI; | quam cara suis | fuerit, indicat | hic titulus.

*Romae in monumento familiae Marcellae (cf. ad N. 7879/7884) rep. (VI 4635 vidit Henzen). — 1) Duarum mulierum.*

**8417** Plotia L.<sup>1</sup> et Fufiae l. — Prune<sup>2</sup> haec voc[*r̄*]tatast ancilla — heic sitast. Haec | qualis fuerit contra patronum patro|nam parentem conjugem, monumen|tum indicat. Salve. Salvos seis.

*Carthagine nova (I 1479. II 3495 vidit Huebner). — 1) L. (Plotii). — 2) Phryne.*

**8418** hic est ille situs | qui qualis amicus | amico

quaque fide | fuerit, mors [*f*]uit indicio<sup>1</sup>. |

F. f.<sup>2</sup> | Faustus Erotis | dispensatoris vicarius.

*Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6275 vidit Henzen). Buecheler carm. epigr. n. 999. — 1) Idem paene distichon VI 25570 (Buech. 1000). — 2) Funus fecit (id perscriptum in titulo eiusdem sepulcri VI 6486. Brizio).*

**8419** T. Statilius Tauri<sup>1</sup> l. | Diodotus | mag.<sup>2</sup>, q.<sup>3</sup> in familia, | vivos sibi et Augeni | coniugi suae fecit. || Vedusia Tauri | sororis<sup>4</sup> l. | Auge, vixit annos 1; | bonitatem suam et | fidem bonam secum apstulit. | Have! et tu memineris.

*Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6214 vidit Henzen). — 1) Cf. supra N. 7407<sup>a</sup> (not. 1). — 2) Magister (collegii servorum), 3) quaestor (cf. supra N. 7534 cet.). — 4) Soror uterina Tauri aliunde ignota.*

**8420** L. Tacilius 𐀓. l. Androma. | amantissimus familiae | heic requiescit.

*Romae (VI 27088 vidit Henzen).*

**8421** Fortunatae ser. | fidelissimae, con|servatrici et ama|trici domini, | h. s. e. S. t. t. l. | Salvianus b. m. f.

*Emeritae in Hispania (Eph. ep. 8 p. 574, 45 Huebner vidit ectypum).*

**8422** M. Claudius M. l. | Philargyrus. | Plotia C. l. Thalassa, | viris suis et amicis | amara fuit nunquam.

*Romae in vinea Raudaninia (VI 7595 vidit C. L. Visconti).*

**8423** d. m. | Marius | Iustus | homo | plus quam | benignis|si-  
mus | hic.

*Beneventi (IX 4876 servavit Pacca saec. XVIII).*

**8424** [U]ssiena P. P. l.<sup>1</sup> | lucunda | pro nomine | iucundissima,  
hic. | . . . . . | pilicrepus<sup>2</sup>, | hic.

*Romae ad portam Praenestinam rep. (VI 6815 vidit Henzen). — 1) Duorum  
Publiorum liberta. — 2) Cf. N. 5175. 6454<sup>d</sup>.*

**8425** d. m. | C. Seius | Ingenuus | ingenuosissimus, | qui vixit ann.  
XVI | m. VI d. X.

*Romae (VI 26112 vidit saec. XVII Ptolemaeus auctor accuratus).*

**8426** d. m. | Restituti | animulae | bonae | et | benedictae. | Sit tibi  
terra | levis.

*Romae (VI 25408 bis descripta saec. XVIII).*

**8427** memoriae | Sex. Aemili Feli|ciani, amatori | sanguinis sui et |  
remuneratori fa[m]iliae suae, | Aemilia Gargilia | fratri amantissi|mo, v. a.  
LXV h. s. e.

*Constantinae (VIII 7174 vidit Wilmanns).*

**8428** memoriae L. Sit|tius Augustalis ama|tor reg. suburbani sui |  
Azimaciani, quem a solo ae|dificavit, sibi suisque fecit. | Bonis bene<sup>1</sup>.

*Prope Constantinam rep. (VIII 7741 p. 1849 Cagnat vidit ectypum). — 1) Cf.  
supra N. 8157.*

**8429** d. m. | Q. Staius Cae|cilius Butra, | v. a. LXX, egit in | his  
praedis an|nis XXV, Antio|chis marita, | Profuturus, Imber fili cum so|rori-  
bus suis | patri dignissimo. | H. s. e.

**8429<sup>a</sup>** d. m. s. | Profuturus | v. a. LVII, egit | in his praedis cum |  
Butra patre suo | annis XXXV et post | obitum patris an|nos XXII, Imber |  
cum sororibus | suis fratri dignis|simo. | H. s. e.

*Ain-Djemil in Numidia, inter Milev et Cuicul (VIII 20084. 20085 vidi  
ectypa).*

**8430** P. Iulio P. [f.] Nomaeo | filio optumo | reverentissimo | ob-  
sequentissimoq. | huiusq. loci totius | domino, | vix. ann. XV m. X d. XXIV. |  
P. Iul. L[y]s[t]ponus | pat.

**8430<sup>a</sup>** d. m. s. | P. Iulio Lupi cos.<sup>1</sup> lib. Lysipono | qui vixi an.  
LXXI, quib. cum Donata | coniuge prim. an. XV, cum Rhodine domin.<sup>2</sup> |  
an. XXVIII, sine utriusque offens. mihiq. | obsequentissimis, e quib. et  
genuit fil. | masculos tres . . .

*Romae (VI 20158. 20116 illam solus descr. Cyriacus, hanc solus Fabrettius).  
— 1) Lupus consularis, vitricus Antonini Pii (vit. Pii 4; cf. Prosopogr. imp. Rom.  
s. v.). — 2) Domina.*

**8431** Callistian[o] | consorti | actus et ani|mi, Callist[e] | et Hedone | fratri b. m.

*Romae (VI 14095 bis descripta saec. XV. XVI).*

**8432** A. Memmio Claro | A. Memmius Urbanus | conliberto, idem consorti | carissimo sibi. | Inter me et te, sanctissime mi | conliberte, nullum unquam | disiurgium fuisse conscius | sum mihi. Hoc quoque titulo | superos et inferos testor deos, | uná me tecum congressum | in venálicio, úná domo liberos | esse factos, neque ullus unquam | nos diunxisset nisi hic tuus | fátalís dies.

*Romae ad Appiam viam rep., est Cusercoli (VI 22355<sup>a</sup> vidit Marinus).*

**8433** dis m. s. | L. Cassius L. fil. Quir. Faus|tus vix. annis XLIII, | homo bonus rebus ho|minibusq. pernecessa|rius,  
quem quaerit pa|triae maximus hic | populus,  
terra tegit fe|lix, lux attem (*sic*)<sup>1</sup> ingrata | reliq.

L. C.<sup>2</sup> E. frat. p. p.

*Ammaedarae (VIII 552. 11572 vidit Cagnat). Buecheler carm. epigr. n. 1259. — 1) Autem. — 2) Cassius.*

**8434** d. m. s. | L. Caecilius L. f. Pæp. | Rogatus pius, | frugalissimi-  
mus | pater, laudabilis | sectae homo, | integritate | innocentia | fide, vixit |  
annis LXXIII | men. XI d. VIII, | h. s. e., | constanti viro, | Rogatia-  
nus | filius.

*Valli provinciae Africae (VIII 1288 cf. p. 1437 viderunt Wilmanns et Schmidt).*

**8435** d. m. | Sempronio Donato homin. | frugalissimo, qui vixit  
an|nis LXV mens. III dies. V hor. VII, | cuius frugalitati heres ma|ximas  
gratias aget, amplius mere|nti heres honorabit.

*Romae (VI 26158 ter quatterve descripta saec. XVI. XVII).*

**8436** v.<sup>1</sup> C. Gargilius Haemon, Proculi, | Philagri divi Aug. I. Agrip-  
piani f.<sup>2</sup>, | paedagogus, idem l., | pius et sanctus. | Vixi quam diu potui  
sine lite, | sine rixa, sine controversia, | sine aere alieno; amicis fidem |  
bonam praestiti; peculio | pauper, animo divitissimus. | Bene valeat is qui  
hoc (*sic*) titulum | perlegit meum<sup>3</sup>.

*Romae in monumento ad viam Nomentanam rep. (VI 8012 vidit de Rossi). — 1) Vivus (v. in margine adscripta, inter v. 2 et 5). — 2) Filii. Proculus hic filius fuit Philagri, divi Augusti liberti: videtur antequam pater eius manumitteretur, in aliam familiam transiisse, cum libertus eius Gargilii gentilicium habuerit. Pater eius in familiam Augusti videtur pervenisse ex hereditate Agrippae, teste altero eius nomine, cf. supra N. 1778. — 3) Versus est senarius; etiam in praecedentibus versuum vestigia apparent. Cf. Buecheler carm. epigr. 154.*

**8437** d. m. | Octaviae Cres|centinae que | antiqua vita vi|xit, fidei ac  
dili|gentiae [gr]aviss., | C. Val. Ianuarius | coniux c. fil. b. m. f.

*Beneventi (IX 1913 ter descripta saec. XVI. XVII).*

**8438** d. m. s. | Alimma quae in vi|ta sua summa discipul|lina ser-  
vavit, vix. ann. | XXXI m. IIII, cui de<sup>1</sup> permissu | domini fecerunt pater  
ka|rissimus<sup>2</sup> et conservus pi|entissimae henemerenti.

*Loeris (Gerace) (X 26; Barnabei Notizie degli scavi 1894 p. 297). — 1) ex-  
2) rar- Barnab.*

**8439** Iuliae Luc. filiae Tyrraniae | vixit ann. XX m. VIII, | quae  
moribus pariter et | disciplina ceteris feminis | exemplo fuit, Antarcus |  
nurui, Laurentius uxori.

*Arelate, sarcophagus ornatus (XII 832 vidit Hirschfeld). Christianos hos ho-  
mines putat Hirschfeld.*

**8440** d. m. s. | (*femina in sellu sedens*) | L. Silius Cicero | Silie Ve-  
nerie pie | coniugi, bone servatrici, | fecit, p. v. a. XXXXIII.

*Lambaesi (VIII 4067 p. 4743 vidit Wilmanns).*

**8441** d. m. | Papinae Felicitat. | quae vix. an. XXV | mens. V dieb.  
XXV, | T. Flavius Flavianus | coniugi sanctissimae | castissimae, | incom-  
parabili | feminarum, | fecit.

*Romae (VI 25775 vidit Henzen).*

**8442** d. m. | Valeriae Afrodisiae | quae vixit annis XXVII, | feminae  
inconpara|bili univiriae, | Aurelius Theseus | virginali suae [p]ro<sup>1</sup> castitate.

*Puteolis (X 3038 vidit Mommsen). — 1) ro lapis.*

**8443** d. m. s. | Caeciliae Festi|vae coniugi caris|simae monnae<sup>1</sup>, | quae  
mecum vixit annis | XXI sine qaerella (*sic*), | Pompullius Antiochus | mar-  
ritus bene merenti | laboribusque eius.

*Pentimae agri Corfiniensiis (IX 3215 vidit Mommsen). — 1) Vox blandientis(?).  
Cf. infra N. 8543.*

**8444** d. m. s. | Postumia Matronilla inconpa|rabilis coniux, mater  
bona, avia | piissima, pudica religiosa laborio|sa frugi efficacx vigilans sol-  
licita | univira unicuba [t]otius industriae et fidei | matrona, vixit annis  
n. LIII mensibus n. V diebus tribus.

*Henchir Zuâtli prope Thelepte Africae supra portam mausolei (VIII S. 11294  
vidit Cagnat).*

**8445** d. m. s. | Tadiae Fortuni coniugi, | cum qua vita incunda, |  
conversatio religiosa, | frugalitas honesta, | fides cum disciplina exacta  
est. | L. Caecilius Honoratus | signo Thaumanti. | [S. I.] l. l.

*Caesareae Mauretaniae (Scherchel) rep. (VIII 9520 p. 1984 vidit I. Schmidt).*

**8446** d. m. s. | Arinia Victoria | magnis moribus | femina, at cuius |  
sectam numquam accedi | potest, hic sepulta, set | domi es, de anemo<sup>1</sup>  
cert[a] | es, quia nunquam dissedit | meo. Marcus Motasius | dico sepul-  
crum quod sit | tibi idem et mihi. | P. v. a. XXXV, | h. s. e.

*Agbiae provinciae Africae (VIII 1537 cf. 15534 descr. Victor Guérin). Cf.  
Buecheler carm. epigr. I p. 68. — 1) Animo (traditur dea nemo).*

**8447** d. m. s. | memoriae Gargilioru[m] | Iuliae Roga[tae] coniugi, | uno animo | uno consilio semper | fruenta me[cum] annis | XL, v. a. LV, | o. e. b. q. || L. Gargiliu[s] | L. f. Q. Venato[r] | se vivo hunc | tumulum co[n]stituit et | at superos | remasit, ut | reliqua tempor[a] | fruatur bona.

*Sigus (VIII 5798 vidit Wilmanns).*

**8448** d. m. | C. Geminius | Ionicus | Iuliae Caleni | coniugi pie | carissimae et | bono consilio, | de qua nil que[r]ror, cum qua vixi bene et integre, | et in re sua posita | est, b. m. et sibi et fili | fecerunt.

*Florentiae, Romae sine dubio rep. (VI 19000 aliquoties descripta).*

**8449** d. m. | Mattiēnae | Myrallidis | Q. Comeatro<sup>1</sup> | Q. I. Exoratus | coniugi plus de se | merita quam titulo scribi potuit.

*Sassinæ (XI 6566 vidit Bormann). — 1) Cf. XI 6557 (vidit Bormann): d. m. | Commeatro[n]iae Q. I. | Secundinae cel.*

**8450** d. m. s. | Urbanae coniugi dulcissime | et castissimae ac rarissimae, cuius praeclarus | nihil fuisse certus, hoc etiam titulo honorari | meruit, quae ita mecum cum summa iucunditate adque simplicitate in diem vitae suae | egit quam adfectioni coniugali tam | industria morum suorum. Haec ideo | adieci, ut legentes intellegant, quantum nos dilexerimus. Paternus b. m. f.

*Romae (VI 29580 vidit Henzen).*

**8451** Graxiae Alexandriae | insignis exempli | ac pudicitiae, | quae etiam filios suos | propriis uberibus educavit. | Pudens Aug. lib. maritus | merenti, vix. ann. XXIII m. III d. XVI.

*Romae (VI 19128 vidit de Rossi).*

**8452** d. m. s. | Antonia | Victoria | pia sobr. | frugi, v. | annis XLIII, | h. s. e. | C. Iul. Sa[turninus] | Sabinia[nus] con[iugi] rarissimae, omni | pietati n[on] . . . . . | gravitate | morum, | fecundae | tecusae<sup>1</sup>, | karissimae, et sibi | ad propa[gandam] | in aevum | memori[am] fecit. || C. Iulius | Saturni[nus] Sa[binianus] | pius, qui | ob singularem | amorem | nepotum | suorum | mortus | est, vir si[n]gularis | virtutis, | Sifti sepul[tus], v. an. | LXXVIII.

*Madauræ Numidiae (VIII 4692 vidit Wilmanns). — 1) Idem vocabulum (τεροῦσα) videtur etiam esse in t. Siccensi VIII 16123, in Salonitano III 8752.*

**8453** . . . . . | qui vixi[t] an[nos] | plus minus XL, Ma[rtina] cara coniux, qu[ae] | venit de Gallia per mansiones L, ut commemo[raret] memoriam du[lcis]si[m]i mariti sui. | Bene quescas, dulcissime | mi marite.

*S. Floriano inter Feltriam et Vicetiam, est Vicetiae (V 2108 cf. p. 1069 vidit Mommsen praeter paucas litteras nunc deperditas).*



**8454** bonae memoriae Maccusae | Muceris ann. XXII, et Victoriae | sive Valerio[l]ae ann. XIII, quae | ob desiderium avunculi eorum (*sic*) | Fl. Gemelli v. p.<sup>1</sup>, comitis, ab ultima | Gallia per diversa loca provin|cia-  
rum ad provin|ciam Macedoniam venerunt ibidemq. post am|plexum eius  
et completa cupiditate | amoris in civitat[e E]dessensi fati munus | com-  
plerunt; quibus memoratus | vir laudabilis ut cognoscere|tur iussit eis  
memoriam fieri.

*Beroeae Macedoniae dicitur rep., deinde Thessalonicae (III 14406 vidi ec-  
typum). — 1) Viri perfectissimi.*

**8455** d. m. s. | Hoc in loco | suo conditum est cor|pus meum<sup>1</sup>  
Iul|niae Victoriae | a Iunio Hyacin|tho marito rar|ri exempli, quae | vixi  
annis XXVI | m. III d. XXIII, iugu|mq. coniugalem | pudicum piissimo |  
marito exhibui | in diem vitae meae<sup>1</sup>. | Vos superi bene facite, | diu vivite  
et venite.

*Thubursici Numidarum (VIII 3050 vidit Wilmanns). — 1) Versus subesse  
coniecit Studemund, cf. Buecheler carm. epigr. 144.*

**8456** d. (*corona*) m. | Aeliae Trypherae | coniugis rarissimae | et ultra  
modum | sexumquae mulie|brem<sup>1</sup> sanctissimae | castissimaeque, quae | vix.  
ann. XXIII mens. VII | d. X, Aelius Proximus posuit.

*Romae (VI 34268 = Notizie degli scavi 1886 p. 125). — 1) muliebrae aliud  
apographum.*

**8457** d. m. Atiliae Maximinae animae innocentissimae C. Aonius  
Vitalis uxori incomparabili, quae vixit mecum sine ulla controversia  
ann. XVIII m. II d. VIII, quae tulit secum ann. XXXVI, quae duxit  
secum honos et gloria, aeternum meum vale sola[c]ium.

*Veronae (V 3496 semel descripta saec. XV).*

**8458** rusticulus hic<sup>1</sup>, | Fulio Iustino homini bono | Tullonia Lea  
coniugi incomparabili, | qui insimul<sup>2</sup> viximus | annis sexaginta.

*Beneventi (IX 1826 cf. p. 693 semel ut videtur, sed ab accurato homine, saec. XV  
descripta). — 1) Videtur spectare ad defunctum. — 2) Hinc Francogallorum  
'ensemble', Italarum 'insieme'. Cf. N. 8460 not. 1.*

**8459** d. m. s. | L. Papinius Verus et | Campania Felicissima | vivi  
fecerunt sibi, qui | vixerunt inter se | annis LXVIII d. X.

*Prope Capuam rep. (X 4275 bis descripta saec. XVIII et XIX).*

**8460** d. m. | Asidonius | Agatopus | et Aur. Luxuria | qui in se<sup>1</sup>  
bene | lavoraverunt<sup>2</sup>, | quae vixit ann|is XXII, vivi sibi | fecerunt, l. c.<sup>3</sup> |  
a Iul. Clemen|tiano. (*In latere: vir et mulier stantes ad lebetem, opificium ali-  
quod una exercentes*) Asidonius | ceriola|rius<sup>4</sup>. (*In altero latere: Mercurius.*)

*Salonis rep. (III 2112 cf. 8591 vidit Hirschfeld; anaglypha enarravit Schneider  
arch. ep. Mitth. 9, 1883 p. 50). — 1) Inter se, una. Similiter supra N. 8112, infra  
N. 8347. III 2554. VI 19028. 19953. 29756. (Minus recte locutio haec a Roscio in-  
scr. Chr. 1 151 componitur cum Italarum voce insieme. Cf. Funck Archiv f. lat.*

*Lexikographie* 6, 1889 p. 258.) — 2) *Cf. V 124*: hanc sedem vivi sibi posuer. uno animo laborantes. — 3) *Loco concesso*. — 4) *Ad artem ceriolariorum anaglypha spectare manifestum est, cf. Schneider l. c.*

**8461** (*mulier strata*) d. m. Scriboniae Hedone | Q. Tampus Hermeros | coniugi karissimae fec., | con qua vix. an. XVIII sin. | querella, cuius desiderio | iuratus se post ea | uxore non habituru.

*Pisis (XI 1491 vidit Bormann).*

**8462** d. m. | Ulpiae Vitali fecit P. Fufijcius Felix amicae suae fidelissimae, quae sibi mories (*sic*) fidem | servavit, et sibi, libertis liber[t]abusque suis posterisque eorum.

*Roma ut videtur Florentiam translata (VI 29409 vidit Reifferscheid).*

**8463** Vettidiae Parthenope et M. Antio | Hermeti duobus amanti-  
bus sacrum (*vir et femina iunctis manibus*).

*Romae (VI 28650 vidit de Rossi).*

**8464** d. m. | Cl. Ianuar. | amans aman[ti], haec tibi | pro meritis<sup>1</sup> | do | Caratus.

*Tours (XIII 3081 vidit Hirschfeld). — 1) Versus est iambelegus (Hirschf.).*

**8465** Vibidia Helena, | et L. Brutedi Malcionis, | duo coniuges in unu.

*Romae rep. ad viam Labicanam (VI 28770 vidit Lancianius).*

**8466** M. Volcius M. l. Euhemer. rogat post | mortem suam ut cum Volcia Chreste | coniuge sua ut<sup>1</sup> in una olla corporis reliquiae essent.<sup>2</sup> | M. Volcius M. f. Cerdo dis Manibus satis fecit.

*Roma ut videtur Florentiam translata (VI 29460 vidit Henzen). — 1) Dele alterum ut. — 2) Similiter supra N. 7554.*

**8467** dis manibus | A. Quintilio | Ampliato, | vixit annis XVIII | mensibus XI | diebus VIII, | relictis parentibus | suis | infelicissimis; || dis manibus | A. Qunctilio (*sic*) | Diophanto | patri qui rogavit, | ut pariter | ossa eius | quiescerent (*sic*).

*Romae, nunc Urbini (VI 25272 vidit Bormann).*

**8468** C. Vibius Firmus C. | Vibio Ampliato patrono | suo benem. titulum | posuit. Quod iussit et ro[g]avit cum patrona sua | poni, ita factum est.

*Romae (VI 3154 vidit Henzen).*

**8469** C. Iulius Asclaponis f. | Cor. Attalus et | Iulia C. l. Chreste | ossibus permixtis<sup>1</sup> hic.

*Romae ibi ubi N. 8456 (VI 8025 vidit de Rossi). — 1) Cf. XIII 4640 (in operculo plumbeo vasis vitrei): Iuliae Melli[dis] et Naidis | matris eius | oss[a] com-mixta.*

**8470** M. Allienus Sp. f. | Rómánus décessit | ann. XXII; Gutta | puella, délicium eius | ann. VII, eódem dié mortua, | únó rogó combusta; in uno. (*A sinistra*) M. Allienus | M. l. Antiochus; | Alliéna M. l. Daphnis, l. eius<sup>1</sup>; in uno. (*A dextra*) M. Allienus | Sp. f. Clu. Romanus | vix. ann. XI.

*Romae, prope columbaria viae Codinae (cf. ad N. 7877) rep., urna marmorea tres ollas continens (VI 5165 vidit Henzen). — 1) Signa quaedam ∅ ∅ interpunctionis loco videntur esse.*

**8471** memoriae | Fabianae coniug. | dulciss. et amatiss., | cum qua vixit ann. XXI | m. VIII, sine ulla turpi | fama, et | Vitalinae fil. piússimae | et dulcissim., quae vixit | ann. XV mens. X d. XVI. | Providentius intimi | doloris et adfectionis ca[rissim.], | quod absente se ambae | eadem hora sint horis | exemptae, et | Innocentius matr. carissimae | et dulcissimae.

*Comi (V 5345 vidit Mommsen, praeter ultimas uniuscuiusque versus litteras, quas servavit Bertarelli).*

**8472** d. m. | C. Turranius Hermadion | et Varena Iucunda fecer. | Augurino, vix. ann. XII | mens. II | d. XXV, et Augurinae. vix. ann. VI m. IV | d. IV, filis karissimis, qui deceperunt<sup>1</sup> | una unoq. lecto elati, libertis | libertabusq. posterisq. eor.

*Romae (VI 27805 vidit Henzen). — 1) Cf. N. 8482.*

**8473** d. m. s. | pupus<sup>1</sup> Torquatianus | filius bonus qui semper | parentibus obsequens | vixit annis VIII m. VIII d. XIII; | item alius pupus Laetianus, qui | idem fil. bonus et obsequens | idem parentibus vixit annis | n. V m. VI d. VI. Posuerunt Gaijanus et Eucharis parentes | filis dulcissimis sed non hoc | merentes a vobis, qui sibi senserunt<sup>2</sup> III idus Sept., ex quibus unus vixit in | XI kal. Oct. et alius in III kal. eadem.

*Romae, tabula marmorea litteris formae cursivae (VI 27556 vidit Henzen; delineavit Marinus Arval. tab. ad p. 265; cf. Huebner ex. scr. epigr. 1169; imaginem dedit etiam Hellems American journal of archaeology 1899 p. 202). — 1) Cf. supra N. 44. 6502 (not. 6). Marquardt Privatl. d. Röm. (ed. 2) p. 10 not. 5. — 2) Sc. morbum ingruentem (Momms.).*

**8474** M. Antonius M. f. Rufus; | Antonia M. f. Tertulla | mater calamitosa | uno tempore duobus amissis | filis suis dat.

*Romae, nunc Londinii (VI 42011 vidit Huebner).*

**8474<sup>a</sup>** Zetes et Calais<sup>1</sup> | duo fratres | gemelli obierunt | amantes.

*Romae rep. una cum N. 7852 (VI 7426 vidit Mommsen). — 1) Nota Boreadarum nomina fratribus gemellis indita.*

**8475** d. m., v. f. | Cassi Hy[acinthi, du]os nutricavi, | unum cum tormento animi | amisi ann. XVIII, | alium superstitem in diem vitae | florui.

*Comi (V 5357 Mommsen vidit ectypum).*

**8476** d. m. | Philumeni | et Eutychie, | Menander | et Vestina  
domini | iuvenum | benemerentium, | qui cum simul | quietem sani petis-  
sent, | in complexu | pari exanimes | inventi sunt.

*Vercellis (V 6700 ter descripta saec. XVI|XVII, particulam vidit Mommsen).*

**8477** T. Acclenus T. f. Qui. centu[r.]; | Annia T. l. Helena uxor, |  
frugi, summa qum probitate, | fide magna, concordēs indigne | morbo  
excruciati morte obierunt. | D.<sup>1</sup> Vergilius Amarantus, a. LXXX. |

*Cordubae (II 2215 vidit Huebner). — 1) Sic vel P.*

**8478** Omidia Basilissa | vixit ann. XXV, que | post longas et va-  
rias infirmitates | hominibus exempta est, misera, | Valerius Macedo |  
maritus.

*Romae (VI 25437 p. 5529 vidit Smetius).*

**8479** memoriae | M. Noni Placidi | v. a. XXVII m. VIII d. XII, | ab  
anno aetatis suae | XII oculis patentibus | vidit nihil. | Nonii Placidus et  
Severin.<sup>1</sup> | parentes filio b. m.

*Romae (VI 25053 viderunt Smetius aliique). — 1) Severia pars auctorum.*

**8480** ossa | Iuliae C. l. Donat. | puero nato et nomine | imposito  
est mortua<sup>1</sup>.

*Romae, iam Forosempronii (VI 20427 vidit Bornann). — 1) Cf. N. 4914.*

**8481** quem di amave|runt, haec mori|tur infas, anno|rum III mens.  
sex | d. XIII, Isiati filiae | b. n. m. Antinous | et Panthia par.

*Romae (VI 49716 solus descr. Knibbe auctor accuratus).*

**8482** hic situs est M. | Ulpus Firmus A. l., | anima bona su|peris  
reddita, | raptus a Nymphis, | vix. ann. VIII m. VI, | deceptor parento-  
rum, Ulpus Nymphicus | fil. dulcissimo.

*Romae (VI 29193 ter descripta).*

**8482<sup>a</sup>** d. m. | Hilarioni pammus|o, quem di appetive|runt, | qui vixit  
annis XV | mens. XI dieb. XXIII, | Apa . . . . . | . . . . . carissimo | . . . . .

*Puteolis (Eph. ep. 8, 404 descr. Sogliano).*

**8483** L. Corneli|us Dro|sus anni|culus.

*Gadibus (II S. 5477 vidit Fita).*

**8484** Phosphorus, | obit in trimatu.

*Romae (VI 24167 ter quatterve descripta saec. XVI|XVII).*

**8485** dis manibus | mater et pater | Daphno filio | bimulo do-  
num | dedit.

*Romae, nunc Florentiae (VI 46759 vidit Henzen).*

**8486** d. m. | Iuliae C. fil. | Felicitati | spirito dulcissimo | defuncto  
acervo<sup>1</sup>, | quae vixit anno uno | mensibus XI dieb. tribus, | fecerunt Iuli  
Verna | et Felicitas parentes | similiter acervi et | infelicissimi.

*Romae (VI 20462 vidit de Rossi). — 1) Acerbo, immaturo.*

**8487** d. m. | Eucopionis qui | vixit m. VI d. III, in|fanti dulcissimo | suavissimoque, qui | cum nondum fa|ri potuisset iucun|dissimo, L. Curio | Terminalis, | item Verna | et Sosipatra | parentes | fec.

*Romae, iam Vindobonae (VI 17315 vidit Mommsen).*

**8488** d. m. | Corneliae An|niane filiae ia|m garrule, bi|mule nondu|m, quae vixit | anno uno m. III | d. X, dulcissim. | parentes | f. d. s.

*Marini in agro Albano (XIV 2482 bis descripta).*

**8489** d. m. | M. Aur. Sabinus cui fuit et signum Vagulus. | inter incrementa coequalium sui temporis | vita incomparabilis, dulcissimus filius.

*Romae (VI 15213 vidit de Rossi).*

**8490** d. m. | P. Scantio Iuliano | P. Scantius | Augustalis pater et | Servilia C. f. Isias | mater filio piissimo | fecerunt, | qui vixit ann. VIII | mens. V dieb. XII hor. VI, | cuius annos ingenium | excedebat.

*Romae (VI 25982 saepius descripta saec. XV. XVI).*

**8491** Ti. Claudio | Fortunato | erepto fatis | iniquissimis (*caput Medusae*).

*Romae, iam Florentiae (VI 15077 vidit Henzen).*

**8492** Communis C. Veri | Sabini, vix. ann. | XVII, fato raptus | miserinus.

*Prope Fulginium rep. (Notizie degli scavi 1890 p. 317).*

**8493** Spude pusinna | miserina, v. an. II | m. III d. XX.

*Romae (VI 26704 vidit Gatti).*

**8494** Numisiaes et Septiciaes | duarum | sororum l. Chloe, misella, | v. an. XXIII.

*Romae (VI 25125 bis descripta saec. XVI).*

**8495** d. m. s. | Nimp[h]ydia (*sic*) | miserina, | vixit anno | uno m. VIII diebus | XX noctu una | orabus IIII.

*Carthagine (VIII S. 12794 vidit Cagnat).*

**8496** d. m. | Calistiano | divo et domi|no meo dulcisi|mo (*sic*) et pientisi|mo (*sic*), vix. anis IIII m. IIII die. IIII hor. X.

*Romae (VI 14094 cf. p. 3514 ter descripta saec. XVI).*

**8497** (*duae manus protentae*) d. m. s. | Callisto filio | parentes. (*In postica: duae manus protentae*) quisquis ei laesit | aut nocuit Severae | immerenti, domine | Sol tibi commendo, | tu indices eius mortem.

**8497<sup>a</sup>** (*duae manus protentae*) d. m. | Timotheae | M. Ulpius | Nicantor | verinae | suae f. | Sol, tibi commendo | qui manus intulit ei.

*Romae ad viam Appiam rep. (VI 14098. 14099 vidit Henzen).*

**8498** Procope: manus (per mediam inscriptionem manus duae sculptae) | lebo contra | deum, qui | me innocen|tem sustulit<sup>1</sup>, | quae vxit (sic) | an. XX. | Pos.<sup>2</sup> Proclus.

Romae (VI 25075 vidit Henzen). — 1) Cf. supra N. 5094. — 2) Posuit.

---

**Mortes singulares.**

**8499** d. m. s. | L. Aemilius Seve|rinus qui et Phil|lyrio, v. a. LXVI | p. m.<sup>1</sup>, et pro amore | Romano<sup>2</sup> quievit | ab hoc Capeliano<sup>3</sup> captus, | memor amicitiae pietatis | Victoricus qui et Verota.

Prope Theveste (VIII 2470 p. 945 vidit Wilmanns). — 1) Plus minus. — 2) Erga Romanos, senatum Romanum (cf. not. 5). — 3) Cf. Herod. 7, 9, 41. vit. Maximin. 19: Capelianus victor (a. 253, interfectis Gordianis, qui pro senatu Romano imperium sumpserunt, cf. supra N. 495) omnes Gordiani partium in Africa interemit . . . plebem et principes civitatum concidit. Vit. Gord. 13. 16.

**8500** d. m. s. | M. Lollo Sa|bino marito | amantissim|o qui vi<sup>1</sup> Bav|aru passus | est, vixit an. | XXXI, Aurelia | Maiorica ti|tulu fecit an. p. CCC[XX]51<sup>3</sup>, Ma. Lollo F|. . . aso, vix. an. XX. . I.

Arbal in Mauretania (VIII S. 24644 I. Schmidt vidit ectypum). — 1) a vi Purgold, qui ipsum lapidem vidit. — 2) Cf. VIII 24630: vi Bavarum perfect[us] [est]. Supra N. 2767: insidiis Bavarum decepto, ubi cf. not. 11. — 3) Anno provinciae CCCXXVII (p. Chr. 366).

**8501** d. m. | Daizi Co|mozoi vi|xit an. L, inter|fectus a Cas|tabocis<sup>1</sup>, lu|stus et Val. pa|tri b. m. posu|erunt.

Adamelissi, ubi fuit civitas Tropaeensium Moesiae inferioris, rep. (III S. 44244, 42 vidit Tocilescu). — 1) Cf. supra N. 4527 (not. 2). Adde VIII S. 44667: Costob[oc]o quod inter Cos[t]o[boe. n]utritus sit.

**8502** d. [m.] | Papiri[o] | Marcelli[no] | patri incom[pa]rabili, de- cept[o] | a Daciscis in bel|lo proelio<sup>1</sup>, Papiri[us] Marcellus | b. m. (ascia).

Caldieri in agro Veronensi rep. (V 5372 vidit Mommsen). — 1) Cf. supra N. 2509.

**8503** a. p. CCVIII<sup>1</sup>. | d. m. s. | Have Se|cunde, | parenti|bus tuis | dulcissim|e, flos | iuventu|tis, an. L | a barbaris | interemp tus. Mucia | . . a mari<sup>2</sup>. (Iuxta spatium duobus similibus titulis destinatum vacat.)

Auziae in Mauretania (VIII 9458 vidit Wilmanns). — 1) P. Chr. 247 (cf. N. 8501 not. 5). — 2) Marita. — Adde III 41045: [i]nt[er]fecto a barbaris.

**8504** d. m. | Val. Marcus | vixit annis | XVIII a la|tronibus | inter- fectus, | Val. Eutyche|us et Sextil[i]a | Frontina | filio | b. m. p.

Havna in Serbia (III S. 44587 descr. Premierstein et Fulič oesterr. Jahreshefte vol. III). — Adde III 8021: interfecta a latro. et vindicata.

---

**8505** Iulio Timo|theo qui vixit p. m.<sup>1</sup> annis | XXVIII, vitae in-  
nocentissime, | decepto a latr|onibus<sup>2</sup> cum | alumnis n.<sup>3</sup> VII, | Otacilia  
Narci|sa coiugi dul|cissimo.

*Prope Romam ad viam Portuensem rep., ibi ubi fuit lucus fratrum Arvalium  
(VI 20307 vidit Henzen). — 1) Plus minus. — 2) Similiter supra N. 5412. VI 20307.  
— 3) Numero.*

**8506** C. Tadio C. f. Seve[ro] | abducto a latronib[us] | ann. XXXV,  
et | Proculo f. ann. VI | . . bricia L. l. Primigen. | [co]niugi et filio posit. |  
[Fili]us hunc titulum | [debe]at ponere matri. |

*Salonis (III 2344 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 818.*

**8507** L. Atilio L. l. | Saturnino<sup>1</sup> | annor. XL domo | Fl. Scarbantia  
nterfec. | a latronibus in Rtusis<sup>2</sup>, | Atilius Tertius frater | et Statius One-  
simus<sup>3</sup> | amico, | loc. gratuit. dat. ab | Clodia Tertia.

*Aquileiae (Majonica Festschrift f. O. Hirschfeld p. 362). — 1) Idem ut vide-  
tur III 4225 (Maj.). — 2) Sic traditur: significatur regio barbarica in qua Satur-  
ninus interfectus est (Buecheler mus. Rhen. 1904 p. 320). — 3) Fortasse idem qui  
supra N. 7518 (Bue.).*

**8508** Euplo, | ann. XXV, occis. | a viatoribus.

*Prope Salonas rep. (III S. 9054 descr. Bulić).*

**8509** L. Caesius M|aximinus | Cedriponensis<sup>1</sup>, | an. XXI, | hic inter-  
fectus est. | Sit tibi terra levis.

*Ostipone (Estepa) in Baetica (II 4444 semel ut videtur descripta saec. XVI).  
— 1) Cedripo oppidum aliunde non notum.*

**8510** . . . | [v]itam insi|diis in sacra | urbe finivit, | P. Maius Cle-  
me[n]tinus eq. Roma|nus filio dul|cissimo b. m. p.

*Koželj prope Ravenam, cf. N. 8504 (III S. 44388 descr. Premierstein et Fulić).*

**8511** Iucundus | M. Terenti l. | pecuarius. |  
Praeteriens quicum que legis, consiste, | viator,  
et vide quam in|digne raptus inane | querar.  
Vivere non | potui plures XXX per | annos,  
nam erupuit (sic) se|rvos mihi vitam et ipse |  
praecipitem sesse (sic) deie|cit in amnem:  
apstulit | huic Moenus quod | domino eripuit.

Patronus de suo posuit (*pator cum cane, ovibus, ariete*).

*Mogontiaci (XIII 7070; imaginem dedit Wollers ann. Bonn. 74, 1882 tab. I  
cf. p. 24). Buecheler carm. epigr. 1007.*

**8512** d. m. (*asciae duae*) | et quieti aeternae | Iuliae Maianae fe-  
mi|nae sanctissimae, manu | mariti crudelissim. inter|fect., | quae ante  
obit quam fatum | dedit; cum quo vix. ann. XXVIII, ex | quo liber.

prócreav. duos puerum | ann. XVIII, puellam annor. XVIII. | O fides, o pietas! Iul. Maior fra|ter soróri dulciss. et I[ng]enuinius | Ianuárius fil. eius p. [c. et s]ub a. d.<sup>1</sup>

*Lugduni (XIII 2182 vidit Hirschfeld; imaginem partis Huebner ex. script. 393). — 1) Cf. N. 8144 not. 2. 5.*

## 8513

Quicumque legis titulum, iuvenis, quoi sua carast,  
auro parce nimis vincere lacertos.  
Illa licet colló laqueatós inliget artús  
et roget ut meritis praemia digna ferat,  
5 vestitú indulge, splendentem supprime cultum:  
sic praedo hinc aberit, neq. adulter. erit.  
Nam draco<sup>1</sup> consumpsit domina (sic) speciosus ab artus  
Infixumq. viró volnus perpetuumq. dedit.

*Romae in columbario vineae Codinae, in quo N. 7895 (VI 5302 vidit Henzen). Buecheler carm. epigr. 1057. — 1) Draco (sc. aureus, qui artus cingebat) fuit causa mortis dominae.*

8514 d. m. | Iul. Res|tutae in|felicissi|mae inter|fectae | annor. | X  
caus. or|namentor., Iul. | Restut. et | Statia Puden|till. parent.

*Salonis (III 2599 vidit Mommsen).*

8515 . . . . | [n]aufragio exi|sse, annum | vertentem<sup>1</sup> | vixisse, pos  
an|num mano (sic) uma|na sublatum | esse, Aur. Aeladi. | pater filio pi|en-  
tissimo | pos. (ascia).

*Salonis (III S. 8910 vidit Hirschfeld). — 1) Cf. Cic. Phil. 15, 21, 22.*

8516 d. m. | M. Allius | Firminus | Ursino f., | C. Septimi | Carpo-  
pori delica|to, infeli|cissimo p., | naufragio | obito an. XI, | cuius mem|bra  
consum|sit maris per | se,

quot nomen | titulus praestat | suisq. dolorem.

*Baska Voda in ora Dalmatiae rep., est Spalati (III 1899 cf. p. 1499 viderunt Mommsen et Hirschfeld). Buecheler carm. epigr. 826.*

8517 d. d. (puer et puella in navicula sedentes) | infelicissimis infan-  
ti|bus [H]ilarioni et Revocate fra|tribus qui vixerunt puella an. | p. m.  
VIII, pue. an. p. m. III, qui in se<sup>1</sup> i[n] | mare perierunt; Maximus  
pater pos.

*In insula Brattia Dalmatiae rep., est Legnari (III 5107 vidit Mommsen). — 1) Cf. N. 8460.*

8518 Daphnus et | Chryseis | Laconis liberti | Fortunato suo, v. a.  
VIII, | balneo Martis piscina | perit<sup>1</sup>.

*Roma Florentiam advecta (VI 16740 vidit Henzen). — 1) Similiter IX 6518: qui miser in piscina [perit]. III 3224: in flumen perit.*



**8519** Seio Dalmate ho|mini bono, [q]ui incendio [o]ppres|sus est,  
Aurelia | Victoriua uxor.

*Fraginæ prope Salonas (III 2519 vidit Mommsen).*

**8520** [d. m.] | et memoriae aetern. | L. Secundi Octavi, Treveri, |  
acerbissima morte de|functi, qui cum ex incen|dio seminudus effugis|set,  
posthabita cura salutis | dum aliquit e flammis eri|pere conatur, ruina pa-  
rie|tis oppressus naturae socia|lem spiritum corpusque ori|gini reddidit.  
Cuius exces|su graviore damno quam | rei amissione adflcti | Romanus  
Sollemnis et Secun|di Ianuarius et Antiochus | conliberti merita eius |  
erga se omnibus exemplis | nobilissima titulo sepul|chri sacraverunt, et |  
Erophilus in modum frater nae adfec[t]ionis et ab in|eunte aeta[te] con-  
discipu|latu et omn[it]b. bonis artibus | copulatus amicus, et | sub  
ascia dedicaverunt.

*Vaise prope Lugdunum rep. (XIII 2027 vidit Hirschfeld).*

**8521** . . . . Latro C. Petroni C . . . | ser. annorum XII, a vipe[ra] |  
percussus septimo die per[it]. | Modestus frater, Philargurus | conservos  
posuerunt.

*Perusiae (XI 2056 vidit Bormann).*

**8522** Iucundus Liviae Drusi Caesaris<sup>1</sup>, | f.<sup>2</sup> Gryphi et Vitalis. |  
In quartum surgens comprehensus deprimor annum, |  
cum possem matri dulcis et esse patri. |  
Eripuit me saga manus crudelis ubique, |  
cum manet in terris et nocit (*sic*) arte sua. |  
Vos vestros natos concustodite parentes, |  
ni dolor in toto pectore fixus eat.

*Romae, iam Veronae (VI 19747 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 987.*

— 1) *Cf. supra N. 4751. 8054.* — 2) *Filius.*

**8523** C. Galerius<sup>1</sup> . . . . | Artemisia . . . | vixit an. XLII, | perit  
sub sabuc.<sup>2</sup>

*Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6623 vidit Dressel).* — 1) *Cal- lapis.*

— 2) *Sambuca, genus machinae (Fest. p. 325, cel.).*

**8524** Ummidiae manes tumulus tegit | iste simulque  
Primigeni verna, | quos tulit una dies.  
Nam Capitolinae | compressi examine turbae |  
supremum fâti competieré<sup>1</sup> | diem. |

Ummidia Ge, et P. Ummidio Primigenio, | vix. an. XIII, P. Ummidius  
Anoptes lib. fecit.

*Romae, iam Neapoli (VI 29456 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 1159.*

— 1) *Apex formae insolitae, fortasse casui debitus.*

**8525** . . . . | vixit annos X . . . | obit XVI k. Octo.<sup>1</sup> | ludi. Romani,<sup>2</sup> |  
Sabina soror, | vix. ann. XIX | . . . .

*Romae* (VI 33456 = *Notizie degli scavi 1899 p. 56*). — 1) 16. Sept. — 2) *Ludis Romanis* (*dies horum ludorum 4. ad 19. Sept.*). *Similis adnotatio supra N. 6191.*

8526 d. m. | Saturninae, | die Saturni | nata, diem Satur|ni diem functam, | vix. annis III | m. V d. XX.

*Cumis rep.* (X 2953 *semel descripta saec. XVIII*).

8527 d. m. | Reianiae C. f. | Maecianae, con|iugi incomparabili | univiriae et castissim., | quae sibi nubsit III k. Feb., | mortem obiit III k. Feb., | vixit secum an. XVIII, | T. Fl. T. f. Liberalis fec. | Hedonicus<sup>1</sup> maritus.

*Romae* (VI 25392 *vidit Bormann*). — 1) *Fortasse agnomen Liberalis mariti.*

8528 (*corvus inter duas protomas*) d. m. | Blastione (*sic*) vix. an. VI | mensib. VIII dieb. XIII hora I, | natus V k. Septembres | hora diei VI die Lunae, | defunctus III idus Iunias | hor. prim. diei die Saturni, | item matri eius, quae vixit | annis XX dieb. XXX horis X, | reliquit eum<sup>1</sup> mens. XII d. XX. | Blastus pater filio piissimo | fecit.

*Romae* (VI 15602 *vidit Henzen*). — 1) *Filium (cum is esset mensium duodecim)?*

8529 L. Caecilius L. l. Syrus | natus mense Maio | hora noctis VI | die Mercuri, | vixit ann. VI dies XXXIII, | mortuus est III k. Iulias | hora X, | elatus est h. III frequentia maxima.

*Romae* (VI 15782 p. 5315 *saepius descripta saec. XV. XVI*).

8529<sup>a</sup> d. m. s. | Calliste vixit | annis XVI mes. III hor. | VI et S, nuptura idibus Oc[t.], | moritur III idus Oct., Pa[nathen]ais mater pia kar. fil. fec[it].

*Tipasae Mauretaniae (misit Gsell)*.

8530 C. Herennio C. f. | Ter. Melai | aedili, IIvir., | L. Nonio Asprenate cos.<sup>1</sup> | III non. Sept. h. X<sup>2</sup> natus est, | A. Gabinio Secundo cos.<sup>3</sup> | III non. Sept. h. X<sup>2</sup> moritu[r]. | Melanta filio.

*Venafri* (X 4881 *vidit Mommsen*). — 1) *A. p. C. 6.* — 2) *Hora decima.* — 3) *Consul suffectus anno incerto, cf. supra N. 5887.*

*Cf. supra N. 1660:* obit natali suo, intrans annum septimum. *N. 7589:* die natali suo hora qua natus est obit.

#### Parentelae quaedam.

8531 d. m. s. | Crispinae coiugi | divinae, nutri|ci senatorum | duum, Albus | coniunx, c. q. f.<sup>1</sup> | an. XVII. II.<sup>2</sup> vix. | an. XXX m. II, | b. m. f.

*Romae, nunc Urbini* (VI 16592 *vidit Bormann*). — 1) *Cum qua fecit.* — 2) *Haec.* — *Educatrix c. v. est supra N. 7674.*

**8532** d. m. | Ser. Corneliae Ser. I. | Sabinae | Ser. Cornelius | Dolabella | Metilianus<sup>1</sup> | nutrici et mammul. | b. m. f.

*Prope Romam rep. (VI 16450 descr. Abeken). — 1) Cf. supra N. 5676.*

**8533** Maecilio Hylati du|lcissimo nu[t]ritori Cae|ioniorum Fusciane c. f. | et Cameni<sup>1</sup> c. v., qui vixit a[n]n. | LXXV men. X, fecit Mae|cilia Rogata domino pa|tri dulcissimo mellito (*in latere*) amatori | bono qui om|nes suos am|abit, caris|simo.

*Romae rep. in coemeterio Priscillae (VI 24787 vidit Stevenson). — 1) Fortasse Ceionius Iulianus Camenius, qui fuit praefectus urbi a. 533 (chron. min. I p. 68); cf. etiam supra N. 1264.*

**8534** (*in sima*) Meropi, Helladi<sup>1</sup> (*in ipso cippo*) Q. Licinio | Q. fil. | Floro Octaviano | eq. Rom., | Aurelia | Soteris | et Mussius | Chrysonicus<sup>2</sup> | nutritores | lactanei.

**8535** (*in sima*) Meropi, Helladi<sup>1</sup> (*in ipso cippo*) Liciniae | Q. f. | Lampetiae | Basilioflorae | C. Mussius | Chrysonicus | et Aurelia | Soteris<sup>2</sup> | nutritores | lactanei.

*Romae (VI 1622 cf. p. 3463, 24534 cf. p. 3526 vidit Henzen). — 1) Signa puto Licinii Flori et Liciniae. — 2) Iidem homines supra N. 8061.*

**8536** d. m. | Terentiae Thisbe | Terentia Selicia | nutrici lactariae f. *Romae, nunc Pisauri (VI 27262 vidit Bormann).*

**8537** d. m. | nutrix mell|tissima fecit | alumno suo | L. Valerio | Stachyo, | qui vixit men. | VIII dieb. XXV.

*Romae (VI 28120 ad exemplum factum saec. XVI).*

**8538** d. m. | Volumniae | Dynamidi | Volumnia | C. f. Procla | nutrici | assae<sup>1</sup> et | lib., v. a. CV.

*Romae (VI 29497 vidit Henzen). — 1) Cf. Schol. Iuvenal. 14, 208: assa nutrix dicitur, quae lac non praestat infantibus, sed solum diligentiam et munditiam adhibet.*

**8539** Atticus f. | Stactes nutricis | Sisennae f.<sup>1</sup>, conlacteus<sup>2</sup>, | v. ann. IV.

*Romae in monumento Statiliorum (cf. N. 7407) rep. (VI 6324 vidit Henzen). — 1) Filii. Videtur intellegi filius parvulus Sisennae Statilii Tauri consulis a. 16; cf. supra N. 7404; Prosopogr. imp. Rom. III p. 263 n. 614. — 2) Sc. eiusdem Sisennae.*

**8540** M. Vipsanius | Agrippinae<sup>1</sup> l. | Thales conlactani. | Celeris<sup>2</sup> Galli filii, | vixsit ann. XIII, | Chryses frater merenti | fecit.

*Roma Florentiam translata (VI 9901<sup>a</sup> vidit Henzen). — 1) Est Vipsania Agrippina, uxor Tiberii et C. Asinii Galli, cf. supra N. 163. — 2) Ser. Asinii Celeris, qui postea consul factus est a. 38.*

**8541** d. m. | Teiae Threpte so|ror. piissimae, cuna|riae<sup>1</sup> Rufinae v. V.<sup>2</sup>, | Glyptus frater qui | et Felix vivos vivae | posuit.

*Romae (VI 27134 aliquoties descripta). — 1) Quae infantem illam in cunis positam fovemat. Cf. Martialis. 11, 39, 1. — 2) Virginis Vestalis. Eadem Teia Rufina memoratur VI 27132<sup>a</sup>, 27133.*

**8542** Q. Pescennius Chrestio | alumnus | Clodiae Asthiochae | nonnae<sup>1</sup> suae fecit.

*Romae, nunc Neapoli (VI 23960 vidit Mommsen). — 1) Cf. Heraeus Archiv f. lat. Lexikographie 13, 1903 p. 156 (Titulus Orell. 4670: d. m. s. Aureliae Iustinae alumne ferunt — sic — nonni sui suspectus fuit Bormanno VI 5, 3633\*).*

**8543** d. m. | Sulpicia Parth|enopae Fructosae | alumne suae b. m., | quae vixit annos | VIII m. II d. XV, quae su|pra monnulam<sup>1</sup> su|am supra- vixit dies XXII.

*Romae, nunc Florentiae (VI 27009 vidit Henzen). — 1) Cf. supra N. 8443.*

**8544** L. Aponius | Abascan|tus, v. a. IIII m. | VI, T. Flavius | Ani- cetus et | Aponia Syr|illa issulo | et delicio | suo fecer.

*Romae (VI 12456 vidit de Rossi).*

**8545** v. f. | L. Antistius | Zosimus sibi et | Antistiae | Chryseidi | coniug. kariss. | et Septicio | Adiutori papati<sup>1</sup> | optimo.

*Taurinis (V 7059 vidit Mommsen). — 1) Cf. supra N. 1836. Heraeus Archiv f. lat. Lexikogr. 13, 1903 p. 158.*

**8546** d. m. | Titus Flabiús Gly|cón posit natis suis | Flabiae Glau- ceni filiae | vixit ann. VIII meses III dies | VII, item fil. Flabio Glyconi | ann. XIII meses V dies XVII, | pappo<sup>1</sup> Expentanio<sup>2</sup> | Diocleti socio meo an|norum sexaginta.

*Prope Arelate rep. (XII 5313 vidit Hirschfeld). — 1) Sc. filiorum meorum. Cf. Ausonius XIII 2, 18: pappos aviasque trementes. — 2) Idem gentilicium in aliis titulis eiusdem regionis (XII 868. Revue épigraphique 5, 67).*

**8547** d. m. | Rustia Saturnina co|iugi Onesimo bene me|renti fecit, libert. liberta|busq. posterisque eorum. | Ti. Cl. Pantagathus tatae<sup>1</sup> suo | fecit. Rustia Saturnina ollam | donavit Maio Caes. n. servo ta|tulae<sup>1</sup> suo.

*Roma ut videtur Senogalliam adlata (VI 25656 vidit Bormann). — 1) De tatae (tatulae) et mammae vocabulis cf. Heraeus l. c. (ad N. 8542) p. 150 seq.*

**8548** d. m. Silviae vix. anni. III mens. II dieb. IX, | Claudius Proto- machus et Claudia Damal. | filiae et Salonus Epictetus tata et | Aphro- disia mamma fec.

*Romae (VI 56355 descr. Ghezzi saec. XVIII).*

*Titulum VI 16926 puero vel puellae posuerunt pater, mater, frater, tata, mamma, tatula.*

**8549** Cornelia Anthusa Iuni|ae Primae m|ammulae su|ae verae matri, | iuc. dulc., sine lite | vixit ann. LXXXII.

*S. Felice prope Circeios (X 6452 vidit Mommsen).*

**8550** dis manibus | sacrum | Oranae Hilarae, | pia vixit ann. L, | C. Iulius Proculus | Mantius benivolus | uxori optumae et | Q. Mantius Ianuarius | qui vocitatur | Asellus, | mammae | indulgentissimae. | H. s. e.

*Romae (VI 25556 vidit Bormann).*

**8551** d. m. | Sittiae Euthy|ciae libertae | et mamani<sup>1</sup> | Sitti Ianuari patro|ni, b. m. f.

*Puteolis, iam Neapoli (X 2965 vidit Mommsen). — 1) Similiter X 5646: tatani patris. Heraeus l. c. (ad N. 8542) p. 152.*

**8552** v. f. | Gavia Q. l. Prima | sibi et Polyclito | sive servo sive liberto | meo, et L. Calpurnio | Vegeto.

*Veronae (V 5650 p. 1075 ter quatterve descripta saec. XV. XVI).*

**8553** d. m. . . . Septimio C. f. Fortunato et Septimiae concubinae sive servae sive libertae.

*Bergomi (V 5172 servavit lucundus).*

**8554** d. m. | A. Furius Crassus | A. Furius (*sic*)<sup>1</sup> Festi ver.<sup>2</sup> | loco f. hab. es.<sup>3</sup>, | vix. an. IIII m. VI | d. XXVIII.

*Romae, deinde Foro Sempronii (VI 18734 viderunt Henzen et Bormann). — 1) Ser. Furi. — 2) Verna, 3) loco filii habitus est (Orell).*

**8555** d. m. s. | Ti. Statorio Ge|mino col. f.<sup>1</sup> Pac|ciani, homini sanc|tissimo, animae | innocentissimae, | Numisia Aug. n. ser. | coniugi, cum q. v. a. | XIII sine quaerell. (*sic*), | Capriolus filius | naturalis<sup>2</sup> patri | karissimo | b. m. f.

*Luceriae (IX 888 vidit Mommsen). — 1) Colono fundi. — 2) Filio naturali titulum posuit pater (una cum matre) X 1138.*

**8556** M. Aurelius Sp. f. | Secundus, quem sibi | T. Sextius Hilarus adopt|arat.

*Romae ad portam Salariam rep. (VI 53513 descr. Gatti bull. comunale 1899 p. 457 n. 84). — In titulo aetatis Flavianae VI 53981 est filia adopticia censi(?).*

**8557** Iuliae Maiori | sponsae ac mari|te rarissime | P. Octavius Lae|tus fl. Auggg.<sup>1</sup> | pp.<sup>2</sup> fecit.

*Sitif (VIII 8496 vidit Wilmanns). — 1) Tertia g rasura temptata. — 2) Perpetuus.*

**8558** d. m. | Aurelius | Crescen|tio ex pre|positis, | et Vincen|tia coniun|x eius Au|relie Vericie | bruti<sup>1</sup> suae q|ui (*sic*) vixit ann|is XXIIII bene | merite titu|lo posuerunt.

*Kutlovicae Moesiae, iam Sophiae (III S. 12577 cf. p. 2516<sup>45</sup>). — 1) Idem voca-*

*bulum in titulo eiusdem regionis III S. 12666. 'Nurus, bruta' Glossar. Amplon. (C. Gloss. Lat. V p. 514). Cf. Domaszewski das deutsche Wort Braut in lat. Inschriften (Neue Heidelberger Jahrb. 1893).*

**8558<sup>a</sup>** d. m. | Aurelio | Aureliano | eq. R., socerioni<sup>1</sup>, | Aur. Septiminus | tribun., gener, | piissimo | qui vixit ann. XXII, | et Rosu[l]jae | neptiae eius ann. | III.

*Prope Aquileiam (V 8273 vidit Gregorutti). — 1) Idem vocabulum III 5622 et in fragmento Coloniensi Brambach 420r, suecerio III 5974 (11977).*

**8559** dis manibus | L. Septimiae Doxae, | quae vixit annis XXXVIII mēns. VI diebus XI, | Maurus pater univiriae | sanctae et nuptiales parentes<sup>1</sup> | Elpidephorus maritus | et Elpidephorus filius | optimae sanctissimae piissimae | fecerunt, sibi posterisque suis.

*Romae (VI 26268 bis descripta saec. XVI ineunte). — 1) Maritum et filium ita significari apparet.*

**8560** Maesius Hylas | sibi et suis | lib. libertabusque eorum et amicis | set degnis (*sic*). || (*In angulis sin. superiore et sin. inferiore*) Εὐστόργι — Εὐστ[ρ]ο[γ]ι.

*Romae in coemeterio aliquo christiano rep. (VI 21808 vidit Henzen).*

CAPVT XVIII.

TITVLI INSTRVMENTI DOMESTICI.

8561



Manios med<sup>1</sup> fhe fhaked<sup>2</sup> Numasioi<sup>3</sup>.

*Fibula aurea Praeneste in sepulcro antiquissimo rep., est Romae in museo Kircheriano (I ed. 2 n. 3, XIV 4123 delineavit Dümmler Mitth. d. arch. Instituts roem. Abth. II 1887 p. 40). Scripta est a dextra ad sinistram, litteris antiquissimis (S pro S, B pro H); puncta (parum bene expressa in nostra imagine) duplicia sunt, unum (cf. not. 2) triplex (similiter ut supra N. 4913). — 1) Similiter in vasculis supra N. 3256, infra N. 8562. — 2) Sic legendum (inter fhe et fhaked punctum triplex; post alterum FH errore ut videtur incisa est I et rursus expuncta). Intellege: fecit. Valde memorabile est in hoc titulo FH pro simplici F. — 3) Numero (Numisio). — Tractavit Buecheler rhein. Museum 1887 p. 317 seq.*

8562

1.

Novios Plautios med<sup>1</sup> Romai fecid<sup>2</sup>.

2.

Dindia Macolnia<sup>3</sup> fileai<sup>4</sup> dedit.

*Vasculum aeneum prope Praeneste repertum, notum sub nomine cistae Ficonianae, extat Romae in museo Kircheriano: inscriptiones leguntur in manubrio, id est in lamina aenea sigilla Bacchica sustinente quae operculo vasculi adferruminata pro manubrio vasculi est (I 54. XIV 4112. Ritschl IA). — 1) Cf. N. 8561. — 2) Videtur Novius Plautius manubrium tantum caelavisse, ipsi vasculo faciendo adhibuisse laminam longe elegantioris caelaturae. — 3) Magulnia (Magulniorum nomen non infrequens Praeneste, cf. C. I. L. XIV p. 548; de binis nominibus seminarum Praenestinarum vide supra N. 7819<sup>v</sup>, et in universum W. Schulze lat. Eigennamen p. 543. 595). — 4) Sic primi legerunt Schoene et Tongiorgi (antea filea).*

*Multa alia vascula eiusdem generis prope Praeneste reperta sunt, in his nonnulla inscriptionibus exornata, sed quarum nulla artificem memorat; cf. C. XIV 4403—4411, et iam I ed. 2 n. 562 seq.*

**8563** Marsuas, Painsscos<sup>1</sup> (*Satyr et Paniscus, saltantes*). (*Ad latus*)  
Vibis Pilipus cailavit.

*Praeneste rep., speculum aeneum, postea in museo Kircheriano (XIV 4098 imago est Monumenti dell' Inst. 9, 1871 tab. 29 fig. 2; Etrusk. Spiegel vol. V tab. 43).* — 1) *Sic videtur esse in aere, caelator videtur voluisse Painiscos.*

**8564** (*iuvenis*) Metio (*in cuius gremio sedet puella*) Fasia<sup>1</sup> (*iuxta puellas duae, quarum alteri adscriptum*) Acila<sup>2</sup>. (*Ad latus per longitudinem*) Ceisia Loucilia<sup>3</sup> fata<sup>4</sup> ret, Iunio Setio<sup>3</sup> atos ret.

*Praeneste rep., speculum aeneum, est Cantabrigiae (XIV 4104 vidit Helbig eph. ep. 1 p. 153; Koerte Etrusk. Spiegel V tab. 151 cf. p. 197).* — 1) *CASIA aes, teste imagine Etr. Spiegel, et ita exceptit Helbig, FASIA Garrucci syll. n. 559. Nomina haec unde petita, plane incertum.* — 2) *Fortasse: ancilla.* — 3) *Nomina privatorum Praenestinatorum sine dubio, fortasse coniugum; fata ret et atos ret vocabula obscura; cf. Jordan krit. Beiträge zur Gesch. d. lat. Sprache p. 72.* — 4) *FATA vel CATA.*

*Alias speculorum aeneorum Praeneste repertorum, praeterea unius Cosae reperti inscriptiones Latinas, eiusdem fere aetatis, vide C. I. L. XIV 4099—4104. XI 6720, 19.*

**8565** L. Canoleios L. f. fecit Calenos.

*In pateris fictilibus nigro colore inductis ornatisque intus variis figuris vel ornamentis minime septem, quarum tres Tarquiniis repertae sunt, una Caere, una prope Nursiam, duae primum Neapoli descriptae sunt (XI 6703, 1 abc = X 8054, 2 def; XI 6703, 1 d = X 8054, 2 i; XI 6703, 1 f = Notizie degli scavi 1883 p. 128; X 8054, 2 b; Notizie degli scavi 1883 p. 82; imaginem Tarquiniensis unius, nunc Petroburgi adservatae, exhibet Benndorf griech. u. sicilische Vasenbilder tab. 56, 1 cf. p. 109, alterius Tarquiniensis Foerster ann. inst. 1883 tab. J cf. p. 66; in illa expressa est pompa Bacchicha, in hac raptus Proserpinae).*

*In alia patera eiusdem generis est L. Canoleios L. f. fecit (X 8054, 2 g), in alia L. Canoleius L. f. fecit (X 8054, 2 a = Ann. inst. arch. 1875 tab. N fig. 2 cf. p. 295), in patera rubru Caere reperta [L.] Canoleius [L. f. f]ecit Calenn (XI 6703, 2 = X 8054, 3).*

*Similes paterae Kaesonis Atilii X 8054, 1.*

**8566<sup>a</sup>** [R]etus Gabinus C. s.<sup>1</sup> | Calebus fecit.

<sup>b</sup> Retus Gabinio C. s. Calibus fec. te.

<sup>c</sup> Retus Gabinio C. s. Calebus feci te<sup>2</sup>.

*In pateris fictilibus nigris, Tarquiniis rep., nunc Petroburgi (X 8054, 7 bac = XI 6703, 4 bac vidit Wilmanns ex. inscr. Lat. 2829 cbd tertiae paterae imaginem dedit Benndorf griech. u. sicilische Vasenbilder tab. LV1, 2 cf. p. 110).* — 1) *Servus. De nominibus gentilicis servorum cf. Oxé mus. Rhen. 1904 p. 117 (supra N. 7821).* — 2) *Sic videtur legendum (fecite certum esse et antiquum adfirmat Wilman.).*

**8566<sup>d</sup>** Servio Gabinio T. s.<sup>1</sup> fecit.

*In candelabro fictili, Capuae, deinde Neapoli (X 8054, 8 vidit Dressel).* — 1) *Cf. ad eam quae praecedit.*

**8567** C. s.<sup>1</sup> K. Serponio Caleb. fece. veqo Esqelino<sup>2</sup>.

*In patra fictili, Neapoli apud negotiantem rerum antiquarum, deinde in museo (Notizie degli scavi 1885 p. 82; imaginem photographica misit A. Sogliano).* — 1) *C. s. (Gai servus, cf. N. 8566) postea ut videtur intrusum inter finem et prin-*



*cipium tituli per circulum scripti.* — 2) *Vicum Palatium urbis Calenae novimus ex X 4644.*

**8568<sup>a</sup>** C. Popili, Mevanie<sup>1</sup>.

<sup>b</sup> C. Popili, Oericlo<sup>1</sup>.

*In poculis fictilibus anaglyptis, variis locis Etruriae rep. (XI 6704, 3. 4 poculum cum priore inscriptione vidit Huelsen Roem. Mitth. 1897 p. 42, cum secunda unum Siebourg l. c. cf. p. 44 n.7). — 1) C. Popilius, O[ericlo?] est etiam in vasculo quod edidit Hartwig Roem. Mitth. 1898 tab. XI cf. p. 400. Mevania et Oericulum Umbriae oppida. C. Popilium utriusque poculi eundem esse statuit Siebourg l. c. p. 53. — Nudum C. Popilii nomen in aliis eiusdem generis poculis in Etruria reperitis XI 6704, 2.*

*Aliud genus paterarum fictilium valde antiquarum habes supra N. 2957—2969.*

**8569** C. Rufius s. finxit.

*Sub statua fictili, prope Perusiam rep. (I n. 1394 cf. p. 365. XI 6709, 28; Ritschl tab. LXXIII m).*

## Amphorae.

**8570** Tr. Loisio<sup>1</sup>.

*In amphoris in Sicilia potissimum reperiri solitis impressum (X 8051, 21 p. 999 Notizie degli scavi 1891 p. 383; singula exempla prodierunt etiam Tarenti et Carthagine: VIII 22657, 52 Notizie degli scavi 1885 p. 283). — 1) Trebius Loesius (Lusius). Idem homo (Τρεβίος Λοΐσιος, non Λοΐδιος, ut est errore typ.) Deli a templo Apollinis pecuniam mutuam sumpsit archonte Athenis Posidonio, i. e. paullo ante annum u. c. 600, teste titulo quem edidit Homolle bull. de corr. hell. 4, 1880 p. 183. Apparet Lusium unum fuisse ex negotiatoribus Italicis (v. supra N. 865) qui emporio Delio utebantur. Cf. quae exposui Herm. 18, 1883 p. 153 seq. Ceterum ut in his amphoris nomen negotiatoris, ita in iis quae sequuntur impressa sunt nomina possessorum.*

**8571** Ap. Pulcri<sup>1</sup>.

*In amphoris Mutinae potissimum et in Transpadana (Ateste, Bergomi, Aquileiae) reperitis (XI 6695, 77. Pais 1077, 27). — 1) Fortasse Appius Claudius Pulcher consul a. u. c. 746 (cf. supra N. 890), deinde proconsul Hispaniae.*

**8572<sup>a</sup>** C. Laeca.

<sup>b</sup> C. Laek. Bass.

<sup>c</sup> C. Laek. — Car.

<sup>d</sup> C. Laek. — Felix.

<sup>e</sup> C. Laek. Bas. — Felix ser.<sup>1</sup>

<sup>f</sup> C. Laek. Bas. — Speratus.

*In labris amphorarum Aquileiae repertarum (Pais 1077, 86. 88a. 89. 88b. 88c. 95 vidit Gregorutti). Amphorae cum C. Laecanii sive C. Laecanii Bassi vel solius vel eius servorumque nominibus prodierunt praeterea Polae (oesterr. Jahreshefte 7, 1901 app. p. 146), Palavii (Pais 1077, 88 de. 91. 92) Vercellis (V 8112, 52—54) et in Norico (III 6007, 3) Pannoniaque (III 12010, 4. 11571, 4), una etiam Romae (XV 3477). C. Laecanius Bassus videtur esse consul a. p. Chr. 64, cui possessiones fuisse in agro Tergestino apparet ex titulo supra N. 5889. — 1) In amphora Norica quam vidit Mommsen (III 6007, 3) duo haec sigilla distributa sunt in ansas duas.*

**8573** Caediciae | M. f. Victrici<sup>1</sup> (alio loco) Martialis | ser.

In collo amphorae, Romae rep., impressum (XV 3424 vidit Dressel). — 1) Idem nomen prope ansam vasis magni Carthaginiensis (VIII 22637, 25), Florentiae quoque et in litore Fundano idem nomen, in amphoris ut puto, lectum est (XI 6695, 23. X 6252). Eadem mulier Neapoli ut videtur dedicavit titulum Inscr. Graec. Sicil. Ital. 722. Fortasse eadem Caedicia a. p. Chr. 65 Italia pulsa (Tac. ann. 15, 74), sine dubio postea restituta.

**8574<sup>a</sup>** Traul. et Cris.<sup>1</sup>

In amphora prope Poetovionem rep. (III 12010, 7. 14371, 7). — 1) Videtur esse Crispinilla, de qua cf. ad N. 8374<sup>b</sup>, cum marito Traulo (cf. Tac. ann. 11, 56).

**8574<sup>b</sup>** Cal. Crispinillae<sup>1</sup>.

In amphoris Parentii, Visinadae, Tergeste, Haidin prope Poetovionem repertis (V 8112, 24. III S. 12010, 2 exempla Tergeste adservata vidit Mommsen). — 1) Litteras contignatas sic legit Mommsen. Est sine dubio Calvia Crispinilla dives et potens femina, de qua Tac. hist. 1, 75. Dio 65, 12; supra N. 7733<sup>a</sup> not.

**8575** fig. Gem|ellian.

In amphoris plus decem Romae et in una in ora Lusitaniae prope ostium Aenae repertis (XV 2611, Eph. ep. 9, 424, 4 illas vidit Dressel).

**8576<sup>a</sup>** fig. Med.

In amphoris tam in Baetica quam in urbe Roma, item in Gallia Germaniaeque repertis (II 6254, 17<sup>a</sup>. XV 2613. XII 5685, 189. XIII 10002, 22. Eph. ep. 9, 424, 5). In aliis tam Romae quam in Baetica repertis est Median. vel Mediane. (Eph. l. c.). Cf. ad eam quae sequitur.

**8576<sup>b</sup>** Q. F. R.<sup>1</sup> Med.

In amphoris sex Romae in monte Testaceo repertis, item in una reperta Peña de la Sal Baeticae, ubi fuit Arva (XV 2869a. Eph. ep. 9, 424, 49<sup>a</sup>). — 1) Significatur sine dubio nomina tria domini figlinarum Medianensium. Fortasse is fuit Q. Fulvius Rusticus memoratus in titulo ipso illo loco Baeticae reperto supra N. 6919. Eius nepos fuit Fulvius Charisianus (ib.), unde in amphora montis Testacei Romae, ex Baetica ut videtur allata, XV 3876 pictum vidit Dressel: Fulviorum II Charisianorum et Rogati.

**8577<sup>a</sup>** ex provinc. | Mauretan. | Caes. Tub.<sup>1</sup>

<sup>b</sup> ex prov. | Maur. Caes. | Tubus.

<sup>c</sup> ex o.<sup>2</sup> Iuli | Honor.<sup>3</sup> | p. m. C.<sup>4</sup> Tub.

In amphoris Romae et prope Romam repertis (XV 2633. 2634 multas vidit Dressel). — 1) Tubusuclit oppidum Mauretaniae (cf. supra N. 645. 6105). — 2) Officina. — 3) Idem fortasse C. Iulius Honoratus eques Romanus, memoratus in inscriptione Tubusuclitana VIII 8858. — 4) Provincia Mauretania Caesariensi.

**8578** B.<sup>1</sup> | L. Op. Q. F. M. | cos.<sup>2</sup>

In collo amphorae, Faesulis repertae, nigro colore scriptum (XI 6697, 4 vidit Bormann). In collo eiusdem amphorae Cina vocabulum impressum vidit Gamurrinius (XI 6693, 25). — 1) Bonum? (Hirschfeld). — 2) L. Opimio Q. Fabio Maximo

*consulibus* (a. 633). Cf. *Vell.* 2, 7, 3; *Cic. Brut.* 83, 287; *Plin. h. n.* 14, 94: *diffundi solita vina anno DCXXXIII urbis apparet . . . Opimiani vini argumento, iam intellegente suum bonum Italia.*

**8579** Fal. Mas.<sup>1</sup> | Q. Lutatio | C. Mario | cos.<sup>2</sup>

*In collo amphorae, Romae in Esquiliis repertae, rubro colore scriptum (XV 4354 delineavit Dressel).* — 1) *Falernum Massicum* (sc. natum in vinea quadam agri Falerni Massicis montibus contermina; *Martialis* 13, 111 *Massicum adnumerat vinis Falernis.* Dressel l. c.). — 2) *A. u. c. 652* (numerus IIII post Marii nomen omissum, ita etiam XV 4355, cf. supra N. 3341 not. 6).

**8580** Ti. Claudio P. Quintilio cos.<sup>1</sup> | a. d. XIII k. lun. vinum | diffusum quod natum est | duobus Lentulis cos.<sup>2</sup>, | autocr.<sup>3</sup>

*Sub collo amphorae, in Esquiliis repertae, rubro colore scriptum (XV 4539 delineavit Dressel).* — 1) *A. u. c. 744.* — 2) *A. u. c. 736.* — 3) Cf. *Athenaeus I p. 52 f:* (vini Chii) *διαφοραί τρεῖς· ὁ μὲν γὰρ ἀσθηρός ἐστίν, ὁ δὲ γλυκάζων, ὁ δὲ μέσος τούτων τῇ γένεσι αὐτόκρατος καλεῖται* (Dressel).

**8581** nat. Gavian.<sup>1</sup> M. P. XLV<sup>2</sup>, | imp. Caesare et Silvano cos.<sup>3</sup>; | diff.<sup>4</sup> M. Servilio L. Aelio Lamia cos.<sup>5</sup>, | suff.<sup>6</sup> P. Silio L. Volusio Saturnin.<sup>7</sup>

*Sub collo amphorae Romae in Esquiliis repertae rubro colore scriptum (XV 4571 delineavit Dressel inscriptionem lectu difficilem).* — 1) *Natum Gaviano, sc. fundo?* (Dressel). — 2) *Fortasse indicari, fundum Gavianum ab urbe distare milia passuum quadraginta quinque, coniecit Dressel.* — 3) *A. u. c. 752* (post Caesaris nomen omissum numerus XIII). — 4) *Diffusum.* — 5) *A. u. c. 756* (p. Chr. 3). — 6) *Suffusum?* (Zang.). Cf. *IV 2561.* — 7) *Consules suffecti eodem anno.*

**8582** Trifolinu<sup>1</sup> | Tiburtianum<sup>2</sup> | Cn. Pedanio | L. Vellei[o] cos.<sup>3</sup>

*Prope Pompeios (Boscovale) rep., in amphora colore albo (IV 5318 descr. Mau, cf. Notizie degli scavi 1895 p. 215; Roem. Mitth. 1896 p. 159).* — 1) *Trifolino,* 2) *Tiburtiano primum ediderunt. Trifolinum inter nobilia Campaniae vina numerat Plin. h. n. 14, 69; cf. Martial. 13, 114, Athen. 1, 26°, Galen. 6 p. 334; Claudiae, Trifolin. est in amphora IV 5370; ager Trifolinus ubi fuerit ignoratur. Tiburtiorum nomen non inauditum in Campania, cf. X 782. 3785. 3984. 8071, 55 (Mau).* — 3) *A. p. Chr. 60, cf. supra N. 1987.*

**8583** dol. I | dif.<sup>1</sup> est id. lu[n.]. | L. Verginio C. Regulo | cos.<sup>2</sup>

*Pompeis, in amphora colore albo (IV 5319 descr. Mau Roem. Mitth. 1892 p. 21).* — 1) *Diffusum.* — 2) *A. 63.*

**8584** C. Pomponio C. Anicio cos.<sup>1</sup> | ex fund. Badiano | diff.<sup>2</sup> id. Aug. bimum.<sup>3</sup>

*Pompeis, in amphora albo colore scriptum (IV 2551. 5520 descr. Mau).* — 1) *A. 63?* — 2) *Primum legerunt bis f.* — 3) *Videtur indicari, idibus Aug. cum iam duorum annorum vinum esset, in amphoras diffusum esse, cf. Horat. carm. 5, 8, 9.*

**8585** imp. Vespasiano IIII<sup>1</sup> | Propertianum | amp. n. C (in altera amp. n. CII).

*Prope Pompeios rep., atramento scriptum in amphoris (IV 5524 descr. Mau; paullo aliter Notizie degli scavi 1898 p. 497. 498).* — 1) *A. 72.*

**8586** Sur. Fabian.<sup>1</sup> | imp. Vesp. IV cos.<sup>2</sup>

*Pompeis (IV 2556 vidit Schoene). — 1) Surrentinum Fabianum (in fundo vel pago aliquo Fabiano natum). — 2) A. 72.*

*Similis amphorae inscriptio IV 5523 (= Eph. ep. I 478); aliae, sed anni 70, IV 5521 (= Roem. Mitth. 1889 p. 47). 3522.*

**8587<sup>a</sup>** Vesvini | imp. Vesp. VI cos.<sup>1</sup>

<sup>b</sup> Vesuvini | imp. Vesp. VI cos.

*Pompeis (IV 2557. 2559 vidit Schoene). — 1) A. p. Chr. 75.*

**8588** (in collo) ε. μ.<sup>1</sup>, Τl. Κλ.α. | Ἀνεικοῦ (infra collum) M. Fabi Eupori<sup>2</sup> | Cnidium (sub ansa) ετ . .

*Pompeis (IV 5535 vidit Sogliano, item, sed partem tantum Mau cf. Roem. Mitth. 1898 p. 40). — 1) Ἐτῶν τεσσαράκοντα (Hirschf.). — 2) Idem supra N. 6419s.*

**8589** Coum | vet. | P. Appulei Bassi.

*Pompeis in amphora (IV 5337 descr. Mau cf. Notizie degli scavi 1882 p. 317).*

**8590** XV k. Ian. | de Arriano dol. XV.

*In amphora Pompeis in aedibus Vettiorum reperta (IV 5372 descr. Mau Roem. Mitth. 1896 p. 96).*

**8591** idibus Ian. | de Asiniano racemat.<sup>1</sup> | dol. I.

*In amphora Pompeis in aedibus Vettiorum rep. (IV 5373 descr. Mau Roem. Mitth. 1896 p. 96, Sogliano Notizie degli scavi 1895 p. 234). — 1) Sic legit Sogliano, recte ut videtur.*

**8592** ab Clodio Clemente de | superiore, sine defrito<sup>1</sup>.

*In amphora prope Pompeios reperta, colore rubro scriptum (IV 5388 descr. Mau cf. Sogliano Notizie degli scavi 1901 p. 435). — 1) De defrito sive defrito cf. Marquardt Privatl. (ed. 2) p. 459 (defrit. | à Romulo est in vase IV 5386).*

**8593** gustaticium<sup>1</sup>.

*In amphora Pompeis in aedibus Vettiorum reperta (IV 5389 descr. Mau Roem. Mitth. 1896 p. 96). — 1) Mulsi genus ut videtur, ab eo qui confecerat ad gustationis usum commendatum cf. Petron. 34 (Mau).*

**8594** faecula aminea Musae | ab Varia Potita.

*Pompeis, in urceo (IV 5750 descr. Mau Roem. Mitth. 1898 p. 40).*

**8595** liquamen | optimum.

*In urceis Herculanei et Pompeis repertis (IV 2589. 2590. 2592. 2593. 5707) paene omnes descr. Schoene et Mau cf. Roem. Mitth. 1898 p. 50; eadem inscriptio cum nomine factoris vel aliis quibusdam IV 2591. 2594. 5708 seq.).*

**8596** lomentum<sup>1</sup> flos, | ex lacte asinino<sup>2</sup>, Uticense.

*In urceo Pompeiano, colore rubro scriptum (IV 5758 descr. Mau, cf. Sogliano Notizie degli scavi 1899 p. 24). — 1) Cf. ad IV 2597. — 2) Sic Mau.*

**8597<sup>a</sup>** mur. | f.<sup>1</sup> | L. Aimili [P]udentis.

<sup>b</sup> mur. arc . . .<sup>2</sup> | exce[l.]<sup>3</sup> | flos | Cn. Domiti Feli[c]io[nis].

*In collis amphorarum Romae prope castra praetoria repertarum, atramento*

*scriptum* (XV 4724. 4723 *delineavit Dressel Bull. arch. comunale 1879 tab. XIII/XIV 2. 4 cf. p. 96. 95*). — 1) *Muriae flos* (cf. *de olei flore Plin. h. n. 15, 25, ed. Diocl. 6, 3: olei, floris; similiter de cera Plin. h. n. 21, 84*). — 2) *Vocabulum non totum legi potuit; quid significetur, incertum* (cf. *Dressel ad XV 4744*). — 3) Cf. *Plin. h. n. 32, 78: gari excellentis cyathum. Inscriptiones amphorarum Pompeianarum IV 2588* (liq.  $\Pi[\iota]$   $\text{exc}[\epsilon]$   $\text{scom}[\text{bri}]$ ). 5630 (= *Roem. Mitth. 1898 p. 44*). 5652/53 (= *Eph. ep. 1, 206. 205*). 5654—5656 (= 2637. 2636. 2655); *similis inscriptio amphorae Germanicae XIII 10004, 8*.

**8598** hallex | optuma.

*Pompeis, scriptum in urceis* (IV 5747. 5718 *descr. Mau Bull. dell' Inst. 1877 p. 169, Roem. Mitth. 1889 p. 24; in hac est optima*). *Similis fuit* IV 5749.

**8599<sup>a</sup>** g. f.<sup>1</sup> scombr.<sup>2</sup> | optimum | ex officina | A. Umbrici Abascanti.

<sup>b</sup> g. f.<sup>1</sup> scombr. | Scauri<sup>3</sup>, | ex officina Scaur.

<sup>c</sup> g. f.<sup>1</sup> scombr. | Scauri, | ex officina Agathopi.

<sup>d</sup> g. f.<sup>1</sup> | ab Umbricio Abascanto.

<sup>e</sup> gari flos.

*In urceis amphorisque Pompeiis vel prope Pompeiis repertis, primae inscriptionis exemplum etiam Herculanei prodiit* (IV 5639. 5694. 5690. 5674. 5665, cf. *Notizie degli scavi 1898 p. 505; Roem. Mitth. 1894 p. 557, 1896 p. 159. Similes inscriptiones IV 2574 seq., multae 5664 seq., Bull. arch. comunale 1879 p. 96 not. 5*). — 1) *Gari flos*. — 2) *De scombro pisce et gario quod ex eo fiebat* cf. *Plin. h. n. 31, 94. Martial. 13, 102*. — 3) Cf. *supra N. 6566 not. 1*.

**8600** gar. cast.<sup>1</sup>

*In urceis duobus Pompeiis rep., atramento scriptum* (IV 2569 *viderunt Schoene et Huebner*). *Similes inscriptiones IV 5660—5662* (*Eph. ep. 1, 267. 188*). — 1) *Conferunt Plin. h. n. 31, 95: aliud (garum) . . . castimontiarum superstitioni etiam sacrisque Iudaeis dicatum, quod fit e piscibus squama carentibus. In urceo Pompeiano IV 2609 est mur. cast.*

**8600<sup>a</sup>** g. socciorum (*sic*)<sup>1</sup>.

*In amphora et in urceo Pompeiis repertis* (IV 5659 cf. *Eph. ep. 1, 189 urceum vidit Mau*). — 1) *Garum 'socciorum' appellatum memorant Plin. h. n. 31, 94; Martial. 13, 102 Auson. epist. 21 p. 181 ed. Schenkl.*

**8601<sup>a</sup>** gar. Pompeian . . .

<sup>b</sup> g. sc. f.<sup>1</sup> | Puteolani.

*In amphoris Romae in Esquiliiis repertis, atramento scriptum* (XV 4686. 4687 *vidit Dressel*). — 1) *Gari scombri flos*.

**8602** oliva<sup>1</sup> alba dulce<sup>2</sup> | P. C. E.

*In amphora Pompeiana, colore subro* (IV 2610 *tab. XLV 1 vidit Schoene*). — 1) *oliva, olivas etiam in amphoris Pompeianis IV 5598. 5762* (*Eph. ep. 1, 199. 196*). — 2) Cf. *Cato r. r. 117. 118, Varro r. r. 1, 66* (*Schoene*). Cf. *Mau Pompeji p. 493*.

## Vascula fictilia

(praeter antiquissima supra p. 1. 952, infra p. 986).

**8603** A. Titi | figul.<sup>1</sup>

A. Titi | figul.<sup>1</sup> | Arret.<sup>2</sup>

In vasculis fictilibus, Arretii potissimum et Romae, sed etiam alibi reperiri solitis, impressum (Romana exempla enumeravit Dressel XV 5649 a—k, Arretina Ihm XI 6700, 688, de aliis cf. Ihm l. c.). — 1) In nonnullis figu. — 2) In nonnullis Arre.

Vasorum terreorum Arretinorum mentionem faciunt Plinius h. n. 35, 160 et Martialis 1, 53, 6. 14, 98. Ex ingenti numero figulorum Arretinorum (inscriptiones collegerunt Dressel XV 4925 sq., Ihm XI 6700) originem adscripsit solus hic A. Titius (scariphatum semel in vasis margine Aretio III 44215, 14), figuli vocabulum etiam A. Vibius (XV 5755. XI 6700, 765). Nudum Arreti vel Arre. vocabulum est in fragmentis vasculorum Puteolis repertorum X 8056, 1 (de quibus cf. Zahn ap. Wiegand Priene p. 444 not.).

**8604**<sup>a</sup> Felix | fecit vel Feli|x fec.

<sup>b</sup> epoei<sup>1</sup> | Felix.

In vasculis Romae repertis (XV 5244 a, b, c nonnulla vidit Dressel). — 1) In aliis vasculis Romae et in Germania repertis est Onesijmus | epoi (XV 5598 a), Eros | epoi, Utili[s] epof[?] cet. (XIII 40009, 117. 316, Riese Westd. Zeitschr. 1902 p. 253, 22. 243, 15. 252, 7). Cf. Buecheler carn. epigraph. n. 1099 cum add. p. 853.

**8605**<sup>a</sup> Mommonis.

<sup>b</sup> of.<sup>1</sup> Mommo.

<sup>c</sup> of.<sup>1</sup> Momo.

In vasculis fictilibus tam ornatis quam ornatu carentibus repertis in Gallia potissimum, sed et aliis multis locis, in Britannia Hispania Africa item sed raro Romae et Pompeiis, maximo autem numero loco dicto Graufesenque territorii Rutenorum, ubi et formae fictiles eodem nomine inscriptae repertae sunt et scariphatum fuit in vasculis idem nomen (XIII 40010, 1574. XII 5686, 600. 602. VII 1356, 721. 722. XV 5555. X 8055, 27. II 4970, 330. VIII 22645, 244; Déchelette vases céramiques de la Gaule I p. 80. 99. 287; Hermet Revue archéol. 1904 I p. 76 seq.). — 1) Officina.

Inscriptiones vasculorum Gallicorum composuit Bohn CIL. XIII part. 3 p. 149—128. De locis et officinis, ubi singula genera eorum facta sint, accurate disputavit Déchelette vases céramiques de la Gaule (1904) I p. 28. 65 seq. 117 seq. 158 seq.

**8606**<sup>a</sup> Apollinar. | cera<sup>1</sup>.

<sup>b</sup> [Ap]ollinaris cera.

<sup>c</sup> Felicis cera.

<sup>d</sup> cera Felicis.

<sup>e</sup> Latin[?] | cera<sup>2</sup>.

In fragmentis vasculorum et lagunarum fictilium, repertis in Gallia Narbonensi (potissimum apud Viennam) et prope Lugdunum: inscriptiones leguntur in clipeis rotundis opere anaglypho ornatis qui vasculis vel lagunis inmissi erant (XII 5687, 9. 17. 18, plures dat Villefosse revue épigraphique vol. 5, 1903/4 p. 54—62. 68—78 cf. p. 86, Mowat ib. p. 158 seq.; cf. etiam Déchelette vases céramiques de la Gaule II p. 255. 283. 286. 301. 304). — 1) Significatur formam ceream, ex qua clipei anaglypti expressi erant, factam fuisse ab Apollinare (sic recte Froehner Musées de France p. 53). Praeter hanc artificis notam saepe leguntur in clipeis illis in-

*scriptiones ad res figuratas pertinentes, nomina heroum plerumque. — 2) Hanc inscriptionem primus edidit Villefosse l. c. p. 54.*

**8607** vita brevis, spes fragi[*lis, ven*]ite, accensust, dum lucet, bibamus, sodales (*Supra*) Aco — Acastus<sup>1</sup>.

*In poculo ex argilla flava, litteris extantibus saec. p. Chr. primi, rep. Klagenfurt in monte S. Helenae (III S. 12013, 3 vidit Hirschfeld; imaginem Déchelette vases céramiques I p. 34). — 1) Eiusdem figuli nomen (Aco Acastus) in vasculis repertis Ornavasso (Déchelette l. c. p. 36. 37 fig. 20, 21) idemque fortasse fuit XII 5686, 6 (. . . us Aco); colliberti eius nomen in alio vasculo prope Klagenfurt reperto III S. 12013, 4 (C. Aco C. I. Eros), nudum Aconis nomen (Aco) in aliis vasculis regionis Padanae et in uno Aquitanico (Déchelette l. c. p. 32, 37, 38 fig. 13, 22, 23). Alicubi in Gallia Transpadana facta esse haec vascula probabiliter creditur.*

**8608<sup>a</sup>** bibe, amice, de meo.

*In vase ornato animalibus et protome coronata, scriptum litteris magnis extantibus, Neapoli in museo (X 8056, 4 minus accurate; imago est Museo Borbonico VII tab. 29, item ap. Déchelette vases céramiques de la Gaule I p. 121 fig. 80, 81). In Gallia factum esse vas coniecit Dragendorff ann. Bonn. 96/97, 1893 p. 101, apud Gabalos Galliae, loco dicto Banassac factum esse statuit Déchelette, eo loco et alia vasa eiusdem generis reperta sunt (v. N. 8608<sup>b</sup>) et fragmentum cum inscriptione simili bibe . . . (XIII 10012, 11 a; Déchelette l. c. p. 122 fig. 83).*

**8608<sup>b</sup>** veni ad me, amica.

*In simili vasculo ornato, rep. Banassac (XIII 10012, 12 a<sup>1</sup> vidit Hirschfeld; Déchelette vases céramiques I p. 126 n. 11).*

**8609<sup>a</sup>** ave!

- <sup>b</sup> ave, vital
- o bibe.
- d inple.
- e misce.

*In poculis et ampullis fictilibus, in Gallia et Germania potissimum inferiore, maxime autem Coloniae Agrippinae reperiri solitis, pictum (XIII 10018, 34, 34, 44, 101, 119 multas vidit Zangemeister, nonnullarum imagines dedit Koerber Mainzer Inschr. 1900 p. 113, 116). De toto hoc genere titulorum in vasculis potioris Germaniae pictorum dirit Bohn C. XIII 3 p. 532.*

**8609<sup>f</sup>** misce copo.

*In ampullis duabus eiusdem generis, Reims et Amiens repertis, pictum (XIII 10018, 120).*

**8609<sup>g</sup>** parce picatum, da amineum<sup>1</sup>.

*In vase rep. Grand in Vosegi regione (XIII 10018, 135 imago est bull. arch. de Tarn-et-Garonne 1, 1869 p. 119). — 1) Cf. supra N. 6469 not. 7.*

**8609<sup>h</sup>** reple me, | copo, conditi<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> reple me, | copo, meri.

*In ampullis duabus eiusdem generis, Coloniae Agrippinae (XIII 10018, 157, 158 hanc Bonnae vidit Zangemeister). — 1) De condito (ac. vino) cf. Marquardt Privatleben d. Röm. p. 464.*

**8609<sup>k</sup>** escipe et trade sodali, utre<sup>1</sup>.

*In poculo fictili, Coloniae Agrippinae, postea Parisiis (XIII 40018, 81 imago est ann. Bonn. 74, 1881 tab. III fig. 4 cf. p. 110). — 1) Utere.*

**8609<sup>l</sup>** ospita, reple lagona cervesal — copo, cnoditu<sup>1</sup> abes? Est. Reple, da.<sup>2</sup>

*In laguna fictili, Parisiis reperta, pictum (XIII 40018, 7 vidit Hirschfeld; imaginem dederunt Read revue arch. 18, 1868 tab. XXII cf. p. 227; Thédénat comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1899 ad p. 201). — 1) Sic errore scriptum pro: conditu(m). (De condito cf. N. 8609<sup>h</sup>.) — 2) Sic distinxit Thédénat (paullo aliter distinxerat Mommsen Roem. Gesch. 5 p. 99 not.).*

**8609<sup>m</sup>** escipe que ferimus! felicia munera Libe[r.]<sup>1</sup> Utere (*infra ansam*) felix.

*In ampulla ex terra sigillata q. d., Coloniae (XIII 40018, 82 vidit Bohn). — 1) Supple: praebet (Momms.).*

### Vascula vitrea.

**8610** a me, dulcis amica, bibe.

*In poculo vitreo, in quo incisus est canis leporem persequens, Reims apud privatam quendam (Maxe-Werly mém. des antiq. de France 49, 1888 [1889] p. 351—353).*

**8611** Antonia dulcis bibbet, propinal (*litteris minoribus*) Pamp.<sup>1</sup> | M. Ver. l.

*In ampulla vitrea, prope Aequalagna Umbriae rep., incisum (XI 6740, 46 vidit Bormann). — 1) Pamphila.*

**8612** anima felix, vivas! (*Aedificia varia, ad ea adscriptum*) stagnu, palatiu, ostriaria, ripa, pilae<sup>1</sup>.

*In vase vitreo prope Piombino Etruriae reperto (XI 6740, 18 ad imaginem editam a. 1842 a Sestinio). Eiusdem generis vasa habes II S. 6251, 4. XV 7008. — 1) Representari aedificia litoris Baiani statuit de Rossi bull. arch. napol. n. s. 4, 1853 p. 153, cf. Jordan archaeol. Zeitung 1868 p. 93; C. I. L. X p. 354.*

*Alias inscriptiones vasculorum vitreorum habes supra N. 5137 cum not.*

### Lucernae.

**8613<sup>a</sup>** annum | noum fau|stum fellicem mih. | hic<sup>1</sup>.

<sup>b</sup> annu | novum | faustu | felice | tibi.

*In lucernis fictilibus, Romae potissimum reperiri solitis (XV 6197 cf. 6196. 6198; II 4969, 3 — XV 6203 cf. 6202. 6204 plures vidit Dressel; prior etiam alibi reperta est VIII 2264, 4; XI 6699, 6; IX 6081, 1; X 8052, 3, perraro secunda X 8053, 5 i). In plerisque ex his lucernis verba supra relata a dea Victoria inscribuntur in clipeo. — 1) hic abest a multis exemplis.*



**8614** (*Amores quattuor clavam Herculis tollere conantes; quintus e scypho Herculis bibens*) adiuvalte | sodales!

*In lucernis Romae et aliis locis repertis (XF 6230. X 8033, 8. XIII 40004, 44; unius imago est archaeol. Anzeiger 4, 1889 p. 470).*

**8615<sup>a</sup>** L. M. Adiec. (*raro L. Mu. Adiec.*).

<sup>b</sup> L. Muna. Mar.

<sup>c</sup> L. Mun. Phile.

<sup>d</sup> L. M. Res.

<sup>e</sup> L. Mun. Suc.

<sup>f</sup> L. Mun. Trept. (*vel Threp.*)<sup>1</sup>.

*In multis lucernis Romae potissimum et in Africa, sed etiam alibi, repertis (XF 6560 seq. VIII 22644, 219 seq. cum adnotationibus). Apparet L. Munatii alicuius libertos (vel L. Munatium cum libertis) officinas lucernarias exercuisse. Similiter Clodiorum et Fabriciorum nomen frequens in lucernis (XF 6575 seq. 6428 seq. VIII 22644, 65 seq.). — 1) Lucernam huius Threpti, ornamentum quod in eo conspicitur causa, iam supra memoravi N. 5294.*

**8616<sup>a</sup>** Pullaeni.

<sup>b</sup> ex of. | Pullaeni.

<sup>c</sup> Pullaeni<sup>o</sup>rum.

<sup>d</sup> ex of. | Pullaeni<sup>o</sup>rum.

<sup>e</sup> Pullaeni Ianuari.

<sup>f</sup> Pullaeni. | Possessor.

*In lucernis fictilibus in Africa reperiri solitis (VIII 22644, 276—282). Etiam in Sardinia lucernae Pullaenorum nomine inscriptae non raro, extra Africam Sardiniamque singulae fere tantum paucis locis repertae sunt (cf. VIII ad 22644, 277). Videntur factae esse in Africa, cf. supra N. 6024 not.*

*Alias lucernas fictiles habes supra N. 5155. 5156. 5295. 5294.*

**8616<sup>g</sup>** (*in corbi panis, urceus, radix*) pauperis cena pane vinu radice.

*In lucernis Poelovione repertis (III 4414, 43 imaginem unius exhibet Schneider in Erani Vind. 1895 prima pagina cf. ib. p. 386).*

### Supellex aerea argentea aurea

(*praeter antiquissimam supra p. 951*).

**8617<sup>a</sup>** M. Aur. C.<sup>1</sup>, II<sup>2</sup> p. III : III<sup>3</sup>.

<sup>b</sup> M. Scatonis, II<sup>2</sup> p. IIS Σ<sup>4</sup>.

*In trulla et in tripode argenteis, una cum multis aliis vasibus argenteis prope Hildesheim repertis et Berolini adservatis (Pernice et Winter Hildesheimer Silberfund p. 72. 50, inscriptionem trullae edidit iam Schoene Philolog. 28, 1869 p. 570 n. 3; inscriptionem tripodis primus legit Winter Jahrb. archaeol. Inst. 1897 Anz. p. 419). — 1) Tria nomina possessoris (Aur. litterae contignatae). — 2) Duo (intellege duo vasa gemella adfuisse et ad id par pertinere pondus indicatum. Cf. supra N. 5474, ubi similiter septem signorum pondus comprehendi videtur, item N. 8618). — 3) Pondo tria (libras tres) uncias duas, scripulum (cf. N. 8619 not. 6) unum. — 4) Pondo duo (libras duas) semissem semunciam (cf. N. 8619 not. 7. 8).*

**8618** Gaviae vas. II<sup>1</sup> p. IISξIII<sup>2</sup>.

In poculo argenteo Boscoreale prope Pompeios (cf. ad eam quae sequitur) reperto (Vilfosse monuments Piot 5, 1899 p. 62). — 1) Vasa duo, cf. N. 8617 not. 2 (vas. II postea additum). — 2) Pondo: duo (libras duas), uncias octo, (scripula) quattuor. Inscriptiones Graecas figuris (sceletis) in hoc poculo expressis adiectas non repetivi ([Σο]φοκλῆς Ἀθηναῖος, Μοσχίων Ἀθηναῖος κτλ.; Σοφία, Δόξαι etc.).

**8619** phi.<sup>1</sup> et emb.<sup>2</sup> p. p.<sup>3</sup> II<sup>4</sup>S : :<sup>5</sup> ∩<sup>6</sup>VI, phi.<sup>1</sup> p. p.<sup>3</sup> II<sup>4</sup>∩Σ<sup>7</sup>, emb.<sup>2</sup> p. p.<sup>3</sup> S—Σ<sup>8</sup>.

In uno ex vasculis prope Pompeios repertis et Parisiis translatis, notis sub appellatione 'Trésor de Boscoreale' (Vilfosse monuments fondation Piot 5, 1899 p. 42. 45). — 1) Phiala, 2) emblema. Cf. supra N. 4863. — 3) Pendent pondo. — 4) Duo (libras duas). — 5) Dextantem (semissem et uncias quattuor). — 6) Scripula. — 7) Uncias duas, semunciam. — 8) Uncias septem, semunciam. Pondus emblematis (unc. 7½) additum ad pondus phialae (libr. 2 unc. 2½) efficit libras 2 dextantem. Apparet aut in emblematis aut in phialae pondere indicando vel etiam utroque loco scripularum mentionem omissam esse.

**8620** M. Domitius fece Polygnos. (In alio angulo) p. IS<sup>1</sup>.

In speculo argenteo Boscoreale prope Pompeios (cf. ad eam quae praecedit) reperto et Parisiis adservato, prope manubrium (Vilfosse monuments fondation Piot 5, 1899 p. 90 fig. 20 cf. tab. XIX). — 1) Pondo I, semissem.

**8621** P. Cipi Polybi<sup>1</sup>.

In manubiis trullarum et paterarum aenearum, tam in Italia quam in provinciis, item extra fines imperii, in Dania, in Pomerania, repertarum (X 8074, 56. XI 6747, 5. XIII 4027, 47 cet., plene collegit Willers die roem. Bronzeeimer von Hemmoor p. 244, adde Ann. Bonn. 111/2, 1904 p. 409). — 1) In aliis vasibus eiusdem generis leguntur nomina aliorum Cipiorum (P. Cipi Hymni, P. Cipi Nicomachi cet.; cf. eam quae sequitur). In Campania vasa haec facta esse statuit Willers l. c.

**8621<sup>a</sup>** P. Cipi Nicomachi<sup>1</sup> — sors Mercuri.

In manubiis duorum vasorum aeneorum, in Italia (Herculanee ut dicebatur) et in Stiria repertorum (X 8072, 45. III 6047, 9 alterum vas vidit Hensen, alterum Mommsen). — 1) Nicomac. exemplum Herculanense.

**8622** cacabulus sacris Augustis<sup>1</sup>, vernaculus nuntius iunior.<sup>2</sup> | Seculum bonum s. p. q. R. et populo Romano<sup>3</sup>, felix Tarraco.

Tintinnabulum aeneum, Tarracone rep. (Eph. ep. 8 p. 447 n. 498 cf. p. 548, imago est archaeol. Anzeiger 1894 p. 187). — 1) Augusta fortasse dicuntur sacra divorum et Augustorum Tarracone culta (Huebner Eph. l. c.). — 2) Ipsum cacabulum dici vernaculum nuntium putat Hirschfeld (apud Huebnerum l. c.). — 3) et pop. Romano abundat, cum praecedat p. q. R.

**8623<sup>a</sup>** uror | amor|e tuo.

Fibula aenea, Genavae rep. (XII 5698, 18 vidit J. Schmidt).

**8623<sup>b</sup>** quod | vis, ego volo.

Fibula aenea, Bouvines (prope Lille) rep. (Bull. des antiquaires 1872 p. 95).

8623° iudicio te amo.

*Fibula, in Treveris rep. (Hettner drei Tempelbezirke p. 50).*8624 tace; noli perier.<sup>1</sup>, ego te vidi alijau saviare.*Fibula aurea prope Volsinios rep., postea apud comitem Tyskiewicz (XI 6741, 5 imaginem dedit de Rossi Roem. Mitth. 5, 1890 p. 285). — 1) Peierare.*

## Tesserae eburneae lusoriae.

8625

*(in parte aversa)*

1.	I	nugator <sup>1</sup>
2.	II	fur <sup>2</sup>
3.	III	moice <sup>3</sup>
4.	IV vel IIII	ebriose
4 <sup>a</sup> .	IV vel IIII	vapio <sup>4</sup>
5.	. . .	. . . . <sup>4a</sup>
6.	VI	cunu linge <sup>5</sup>
7.	VII	patice
8.	VIII	patice
8 <sup>a</sup> .	VIII	vapio
9.	VIII	[va]ppa
10.	X	cunnio
11.	XI	fatue
11 <sup>a</sup> .	XI	gaudesne
12.	XII	verecund.
13.	XIII	vix rides
14.	XIIII	moraris
15.	XV	argute
16.	XVI	lupa
17.	XVII	pernix <sup>6</sup>
18.	XVIII	<i>(vocab. perit)</i>
19.	XVIII	arpax <sup>7</sup>
20.	XX	gumia <sup>8</sup>
21.	XXI	audax
22.	XXII	inpudes
23.	XXIII	molest <sup>9</sup>
24.	XXIIII	fortunate
25.	XXV	facete
26.	XXX	amator <sup>10</sup>
27.	LX	felix

*Tesserae eburneae, Romae, Pompeiis aliisque locis repertae, sedecim prodierunt in sepulcro prope Perusiam (Perusinas habes XI 6728, 5 seq.; omnes quotquot innotuerunt composuit Huelsen Roem. Mitth. 1896 p. 228 seq., unde potiores repetivi). In multis*

*ad numerum adiectae sunt litterae al contignatae (cf. not. 2).* — 1) *In tessera XI 6728, 24 est nugator cum numero XI.* — 2) *Huius tesserae complura exempla prodierunt, in nonnullis ad numerum II adiectae sunt litterae al (II 4963, 2. IX 6089, 4. X 8070, 12).* — 3) *Moeche (moece cum numero XXIII in tessera reperta Tarenti Notizie degli scavi 1884 p. 125).* — 4) *In alia (Huelsen l. c. p. 229 n. 16) reperitur gulo cum numero IIII.* — 4<sup>a</sup>) *Tessera cum numero V nondum prodiit.* — 5) *Hanc Pompeiis repertam vidit Dressel X 8069, 4. In tessera rep. Frusinone videtur fuisse cun. [I]in[ge] (traditur cun. I in. X) cum numero VIII (Eph. ep. 8, 807).* — 6) *Huius tesserae quinque exempla novit Huelsen.* — 7) *Huius tesserae quattuor exempla novimus (in uno, X 8070, 8, est XIX pro XVIII. Accedit Froehner coll. Gotuchow 1899 p. 202, 3, ubi numerus traditur VIII).* — 8) *Vidit Dressel Roem. Mitth. l. c. p. 232 n. 66. In tessera Notizie degli scavi 1886 p. 422 cf. R. Mitth. p. 250 est gumia cum numero XXI.* — 9) *Vidit Huebner Monatsber. Berl. Akad. 1867 p. 766.* — 10) *In tessera XI 6728, 20 est amator cum numero XI.*

### Tabulae lusoriae.

8626 <sup>a</sup>	Parthi	occisi
	Br[ī]tt[o]	victus
	ludit[e]	[R]omani

*Romae rep. in catacumba S. Marci et Marcelliani (Huelsen Roem. Mitth. 1904 p. 442).* — *Ad tempora Diocletiani refert Huelsen l. c.*

8626 <sup>b</sup>	virtus	imperi
	hostes	vincti
	ludant	Romani

*Treveris rep. in coemeterio, in parte aversa epitaphium Christianum (XIII 5865 vidit Domaszewski). Aliarum duarum tabularum eiusdem generis fragmenta Treveris reperta sunt XIII 5780. 5784.*

8626 <sup>c</sup>	invida	punct[a]
	iubent	felice
	ludere	doctum

*Rusicade (Philippeville) Numidiae (VIII 7998 imaginem dedit Delamare expl. tab. 29 n. 9). Buecheler carm. epigr. n. 559.*

8626 <sup>d</sup>	ludere	nescis
	perdis	ploras
	vincis	gaudes

*Romae in pavimento thermarum Antoninianarum (descr. de Rossi, edid. Ihm Roem. Mitth. 1891 p. 215 n. 68).*

8626 <sup>e</sup>	circus	plenus
	clamor	populi
	[gaudia]	civium

*Monteleone in Sabinis rep., deinde Romae (IX 4907 vidit Henzen).*

8626<sup>f</sup>            venari            lavari  
                   ludere            ridere  
                   occest            vivere

*Thamugadi in pavimento fori (VIII S. 17938 vidit Cagnat). Extra marginem leguntur vocabula ab hac inscriptione aliena oc anas(?) et alio loco quiever.*

*Inscriptiones huius generis usque ad annum 1890 notas composuit Ihm Roem. Mitth. 1891 p. 208 seq. Cf. Marquardt Privatleben der Roemer p. 339. De genere ludi, cui hae tabulae inservierint, egit Huelsen Roem. Mitth. 1904 p. 143.*

### Mensurae, staterae, pondera.

8627 mensurae ad exemplum | earum quae in Capitolio sunt | auctore sanctissimo Aug. n.<sup>1</sup> | !!!!!!!!!!!!!!!!!!!!! nobilissimo Caes. | per regiones missae cura[n]te D. Simonio | Iuliano<sup>3</sup> pra[ef.] urb. c. v.

*Vas aeneum (mensura), notum sub nomine modii Medicei, olim Neapoli apud Andreinium Florentinum, nunc Florentiae in museo, iam in museo Etrusco (Gori inscr. Etr. vol. III tab. I p. 2; descripsit Borman, vidi ipse). — 1) Quis Augustus significetur, 2) cuius Caesaris nomen erasum sit, nondum exploratum. — 3) De hoc homine cf. supra N. 1189, Prosopogr. imp. Rom. III p. 248 n. 529. Thraciam et Arabiam (hanc testibus miliariis Bull. comité trav. hist. 1904 p. 19. 23) rexerat inter a. 233 et 238; praefectus urbi fuit certe ante annum 234 p. Chr.*

8628 imp. Caesare | Vespas. VI | T. Caes. Aug. f. IIII cos.<sup>1</sup> | mensurae | exactae in | Capitolio | p. X<sup>2</sup>.

*Vas aeneum, notum sub nomine congii Farnesiani, Romae olim apud cardinalem Farnesium, iam Neapoli (Dresselio contulerunt Iul. de Petra et Huelsen; aliud exemplum et ipsum ut videtur genuinum quod habebat litteras argento incrustatas, extitit saec. XVI Romae apud cardinalem Caesium, cf. Pigh. cod. Berol. f. 165. 167, Smet. 143, 14, Grut. 223, 3; exempla Romae in museo Kircheriano et Dresdae adservata falsa esse testatur Dressel). — 1) A. 73. — 2) Pondo decem.*

*Cf. Huitsch Metrologie (ed. 2) p. 123, qui tamen (cum multis aliis) exemplum Dresdense pro genuino habuit.*

8629 numeri a I ad X (in parte opposita) a X ad XXXX (in duobus lateribus contiguis alii numeri, partes assis ut videtur; in extrema parte crassa scapi) imp. Vesp. Aug. IIX | T. imp. Aug. f. VI cos.<sup>1</sup> | exacta in Capito.

*In scapo staterae aeneae, Herculanei rep., Neapoli adservatae (X 8067, 3 inscriptionem primariam vidit Dressel; numeros exhibet Reai Museo Borbonico I tab. 35). — 1) A. 77.*

8630 Ti. Claud. Caes. [IIII L.] Vitel. | III cos.<sup>1</sup>, exacta ad Artic.<sup>2</sup> | cura aedil.

*In scapo staterae aeneae, Herculanei rep., Neapoli adservatae, punctim scriptum (X 8067, 2 vidit Dressel). — 1) A. 47. — 2) Articuleianam (normam). Cf. N. 8633.*

8631 I, II, III, IIII, V, VI, VII, VIII, VIII, X, XI (in parte opposita scapi ut videtur) X, V<sup>1</sup>, XX, V<sup>2</sup>, XXX, V, XXXX. (In extrema parte ob-

*longa scapi*) Ti. Clau. Cas. III | L. Vitel. cos.<sup>3</sup> (*in parte opposita*) p. Articuleia.<sup>4</sup> | iussu aedil.

*In scapo staterae aeneae, repertae ut dicitur in Campania (Froehner Collection Auguste Dutuit, Bronzes celt. Ser. II, 1901 p. 126 n. 163 tab. CXLV). — 1) Intellege XV, 2) XXV cet. — 3) A. p. Chr. 47. — 4) Pondus Articuleianum (cf. N. 8635).*

*Similes staterae vel certe staterarum scapi multis locis prodierunt, cf. C. VII 1281. 1282. XI 6727, 2. 3. Eph. 7, 1152: huius imaginem habes Proceedings of the Society of antiquaries of London 11, 1887 p. 317 tab. Eph. 8 p. 482. Westd. Korr.-Blatt 1889 p. 66; complures extant in museo Berolinensi (Friederichs Berlins antike Bildwerke II p. 200 n. 901. 902. 903. Pernice Jahrb. d. arch. Inst. 1898 p. 74 = C. XI 6727, 2). Sed in plerisque ex his numeri tantum leguntur, notae exactionis reperiuntur tantum in his (N. 8629. 8634) et C. X 8067, 2.*

**8632** i.<sup>1</sup> Capitolio esaminata. | Ermetis Mat. Aug.<sup>3</sup> (*ab altera parte*) Forentina | Paoniais<sup>3</sup>.

*In statera aenea, fortasse in Etruria reperta, est Romae (XI 6727, 4 vidit Huelsen). — 1) In. — 2) Matidiae Augustae. — 3) Non intellego (alterum certe nomen videtur esse mulieris, sc. dominae).*

**8633** Ti. Claud. Caes. IV L. Vitellio III cos.<sup>1</sup> p. ex.<sup>2</sup> ad Artic.<sup>3</sup> ius. aed. (*in medio*) XXX.

*In pondere ex lapide Tiburtino, Romae in museo Kircheriano, gyro scriptum (Gatti ann. inst. arch. 1884 p. 353; vidit Dressel). — 1) A. 47. — 2) Pondera exacta (ponder. exact. scriptum in centupondio Herculanseni X 8067, 4). — 3) Ad Articuleianum (pondus, cf. N. 8630. 8634. 8634. 8635; unde hoc pondus publica auctoritate munitum nomen habuerit, non compertum; non recte Articuleii aedilis nomen in centupondio Herculanseni X 8067, 4 legere sibi visus erat de Rossi ann. inst. arch. 1884 p. 200 tab. N fig. 5, cf. C. X p. 1002).*

**8634** Ti. Claud. Caes. IV L. Vit. III<sup>1</sup> | — L — | iussu aed. exact. ad Artic. I. C.<sup>2</sup>

*In pondere marmoreo Praeneste reperto (XIV 4124, 2 Gatti bull. comunale 1884 p. 67 vidit ectypum). — 1) A. 47. — 2) In Capitolio? In pondere aeneo nuper Falerione reperto lectum esse dicitur ex. pond. in Capitolio (Notizie degli scavi 1905 p. 113), sed lectio non est certa.*

**8635** exact. | ad — X — Ar|ticuleian.

*In pondere marmoreo, Romae ut videtur reperto, quod pendet chiliogr. 3.180 (Gatti ann. inst. arch. 1884 p. 193 cum imagine tab. N fig. 4; vidit Dressel).*

**8636** exac. ad<sup>1</sup> X Castor.<sup>2</sup>, exa. ad V Casto., exa. ad III Casto., ex. ad II Cast., ex. ad I Cast., ex. a. S Cas., ex. a. ∴ Cas., ex.<sup>1</sup> ∴ Ca.<sup>3</sup>

*Aquileiae, nunc Mediolani, octo pondera aenea vasculorum formam habentia, ut minus quodque collocari potuerit intra maius (vaselli circolari, l'un dei quali sta entro l'altro'), litteris argenteis (V 8119, 4 vidit Mommsen). — 1) Exactum ad, 2) Castoris. Numeri interpositi significant decem, quinque libras et sic deinceps usque ad trientem et quadrantem librae. Similia pondera aenea inter se aptata prodierunt in Morinis (XIII 10030, 15 = Bull. des antiquaires de France 1887 p. 270, inscriptiones procedunt ab ex. ad. I Cas[.] ad e. a. ∴ Ca.), singula pondera*

*eiusdem generis compluribus locis (XI 6726, 2a. Inscr. Helv. 340. Jahrb. d. arch. Inst. Beibl. 4904 p. 46).*

**8637<sup>a</sup>** (*in superficie plana*) II (*in ventre*) templ. Opis | Aug.

**b** (*in superficie plana*) V (*in ventre*) templ. Opis | Aug.

*Pondera aenea duo, litteris argento incrustatis, Romae diu in museo Kircheriano (Fabretti p. 524, 569. 370; Garrucci annali di numismatica 1, 1846 p. 202; nuper apud privatum quendam vidit Petersen).*

*Alterum pondus gramm. 718, 50 alterum 1770, 60 pendere auctor est Garruccius.*

**8638** ex auct.<sup>1</sup> Q. luni Rustici praef.<sup>2</sup> urb.<sup>3</sup> (*interdum additus numerus, ut*) X<sup>4</sup>.

*In ponderibus lapideis tam Romae quam alibi repertis (II 4962, 2. 6245, 1. V 8119, 1. IX 6088, 1. X 8068, 5a—d. XI 6726, 1a—h. XIII 5 p. 737 = Brambach 1300 cet.; Gatti bull. comunale 1884 p. 74 tab. V. I. VII fig. 7. 8; exempla duo musei Kircheriani vidit Dressel). — 1) Sic plerumque, interdum ex auc. vel ex auctor. vel ex auctoritate (semel ex a.). — 2) Interdum praefecti. — 3) c. v. additum esse dicitur in exemplo musei Ravestiniiani quod vidit Zangemeister XIII 10050, 10 d, v. c. X 8068, 5 d. Praefectus urbi fuit Rusticus circa annum 162, cf. Prosopogr. II p. 243 n. 555. — 4) Numerus in paucis tantum exemplis lectus est X 8068, 5 b d. XI 6726 e.*

**8639** p. : :<sup>1</sup> castror. Aug.

*Pondus aeneum rotundum, Romae rep. prope castra praetoria (Ceselli bull. inst. arch. 1879 p. 241). — 1) Pondo triens.*

**8640** (*in superficie plana, in medio*) X (*circa numerum circulo scriptum*) legionis primae Italic.<sup>1</sup> (*in ventre*) Lucius Iulius Lucilianus leg. Augusti | leg. I Ital. pondera examinata sig.

*Pondus aeneum litteris argenteis prope Rustschuk ut videtur in Danuvio, certe alicubi in Moesia inferiore (cf. not. 1), repertum, extat Vindobonae (III 784 p. 4014 vidit Mommsen; imago est Wiener Sitzungsber. II, 1853 tab. ad p. 606). — 1) Castra habebat in Moesia inferiore, cf. supra N. 2288 (not. 7). 2295.*

**8641** [imp. Se]vero Ale[xa]ndro Pio F[elice Aug. II] | et Aufidio Marcello II cos.<sup>1</sup>, ma[ncipes?] | splendidissimi vectigalis massae ferrariarum | Memmiae Sosandridis c. f., quod agitur sub cura | Aureli Nerei soc[i] vectigalis.

*In pondere marmoreo conii formam habente, Lugduni, ubi extat apud privatum aliquem (XIII 1811 vidit Hirschfeld). — 1) A. 226.*

*Non recepi pondera quae putantur Pompeiana X 8067, 5. 6 cf. p. 1002, Notizie degli scavi 1894 p. 582, 1898 p. 592, inscripta sur, cave — malum et eme — habbebi, quippe quae pondera esse minime constet (cf. Pernice Roem. Mitth. 5, 1890 p. 40 seq.).*

## Horologia.

- 8642 [b]rimalis<sup>1</sup>  
 [I]anuarius  
 Februarius  
 Martius  
 Aprilis — aequinoctialis<sup>1</sup>  
 [M]aius  
 [Iu]n[i]us (*caniculae figura*)  
 [solst]itialis<sup>1</sup>.

*Carthagine, tabula marmorea (Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1899 tab. ad p. 38 = Musée St. Louis II tab. 20, 5). — 1) Sc. linea. Vocabula haec adscripta ad lineas quas sequi debebat umbra gnomonis (stili) illis temporibus anni. Similiter in horologiis Kaibel 705. 1507. 1507<sup>a</sup> p. 699, Grut. 155, 5 = Notizie degli scavi 1883 p. 48 (pro mensium vocabulis non raro posita sunt vel cum iis coniuncta nomina signorum caelestium; sola mensium vocabula X 8071, 25. XV 7203). Praeter has lineas menstruas (cf. Vitruv. 9, 7, 7: 'hibernas lineas . . sive . . aestivas . . sive aequinoctiales, aut etiam . . menstruas') adsunt in hoc horologio, ut in reliquis similibus, lineae horariae (plerumque undecim, in hoc quinque tantum, cf. infra) quibus lineae illae menstruae in partes duodecim (in hoc nostro in partes sex) secantur; his lineis adscribi debebant numeri horarum, sed ei numeri plerumque omissi sunt, scilicet facile cogitatione suppleri poterant, adsunt tamen Graece in horologio Kaibel l. c. 745, cf. anth. Pal. 10, 43. Pleraque autem horologia adscriptionibus huius generis plane destituta sunt (N. 8645; item supra N. 5619). Cf. Ardaillon 'horologium' (Daremberg et Saglio dictionnaire des antiquités III 1 p. 256 seq.). — Horologium hoc Carthaginense, sive potius horologii pars dimidia, cf. quae exposuit Tannery comptes rendus l. c. p. 59 seq., antemeridianas horas tantum monstrabat, conversa scilicet orientem inter et meridiem versus; altera pars, quae postmeridianas horas monstraret, conversa fuisse putanda est meridiem inter et occidentem versus, eaque sine dubio reliquorum mensium nomina habebat. Linearum ductus (praesertim menstruarum) multum abesse in hoc horologio a mathematica veritate exposuit Tannery compt. rend. l. c.*

8643 (*horologium solito more descriptum: lineae horariae undecim, aequinoctii et solstitiorum tres, locus quoque stili agnoscitur; infra*) M. Antistius Euporus fecit. (*Circa per orbem*) Auster, Africus, Faonius, Aquilo, Septentrio, Boreas, Desolinus, Eurus<sup>1</sup>.

*Tabula marmorea, rep. superposita columellis duabus (horologia collocabantur in columellis, cf. supra N. 7870) prope Aquileiam (Kenner Mitth. d. k. k. Central-Commission 1880 p. 7; Pais n. 204; cf. Kaibel Herm. 20, 1885 p. 624). — 1) Orbis ventorum etiam alibi coniunctus cum horologiis (Varr. r. r. 5, 5, 17), ut hodie quoque cernuntur Ventorum imagines et nomina in horologio quod Athenis turri octagonae insculpsit Andronicus Cyrestes (Varro l. c., Vitruv. 1, 6, 4, Stuart and Revett antiquities of Athens I cap. III); adde Grut. 155, 5 = Notizie degli scavi 1883 p. 48; F. Peter diss. acad. archaeol. pontif. I 2 p. 25 seq. (deest tam C. I. Gr. quam apud Kaibel). Ventorum nomina secundum caeli regiones disposita etiam Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 906 (= X 6149), 1508. De ventorum appellationibus et serie cf. Kaibel Herm. 20, 1885 p. 579 seq.*



8644

VIII k. Iul.

bruma<sup>1</sup>aeq.<sup>2</sup>

aeq.

VIII k. Ian.

solstit.

(peripheriae disci quarta pars in quadraginta quinque particulas divisa, quintae cuique particulae adscriptus numerus) I X XX (et sic deinceps usque ad) LXXXX. (In parte aversa disci)

Italiae	XLII <sup>3</sup>	Hispaniae	XXXV
Nasumien. <sup>4</sup>	XXVIII	Babyloniae	XXXV
Anconis <sup>5</sup>	XLIV	Illyrici	XXXVII
Galliae	XLVIII	Syriae	XXXVIII
Germaniae	L	Arabiae	XXVIII
Britanniae	LVI	Africae	XLII
Aethiopiae	XXX	Mauretan.	XLS
Aegypti	XXXIII	Bithyniae	XLI

In disco aeneo Crêt-Chatelard (dép. Loire, territorii Segusiavorum ut videtur) rep. (Mémoires des Antiquaires de France vol. 37, 1898 p. 6. 7 tab. I ad imaginem delineatam a Vincentio Durand). Simile instrumentum edidit Baldinius Diss. dell' accademia Etrusca di Cortona 3, 1741 p. 185 (repetiverunt Woepke disquis. circa solar. veter. p. 14 tab. et Durand mém. l. c. tab. II fig. 2). Pertinuisse ad horologium πρὸς πᾶν κλίμα vel ad horologium viatorium, cuius genera horologia memorat Vitruv. 9, 8, 4, coniecit, item quomodo adhiberi debuerit, explicare studuit de la Noë mém. l. c. p. 20 seq. Ut recte adhiberetur, opus erat scire declinationem coeli (latitudinem) uniuscuiusque loci, ideo in parte aversa disci perscripta provinciarum nomina adiecta latitudine. — 1) 'Bruma conficitur circa VIII kal. Ianuar.', Colum. 9, 14. — 2) Aequinoctium. — 3) Urbs Roma a Ptol. geogr. 3, 1, 34 [61] collocatur 41° 40' — 4) Videtur intellegi Nasamones populus Marmaricae, sane mirum eos hic memorari. In instrumento gemello quod edidit Baldinius multo aptius est Narbon. XLIII. — 5) Intellegitur sine dubio Ancona, quam ideo solam urbem inter provincias memorari putat la Noë, quod ibi factum sit horologium. In instrumento gemello est Ancon. XLV. Uterque numerus tam vero quam Ptolemaeano (3, 1, 48 [24]) superior est. Reliquos errores huius enumerationis, item reliquas discrepantias inter hoc exemplum et Baldinianum non persequor, exposuit eas la Noë l. c.

8645 . . [pi]scēs aries taurus ge[mini] . . .  
 . . [M]artius Aprilis Maitus<sup>1</sup> Iu[nius] . .

(in parte aversa signa caelestia, adscriptis vocabulis) Andromeda, P[er]seus, auri[ga] (reliqua perierunt).

In fragmento ingentis disci aenei (integer videtur habuisse diametr. metr. 1, 20) reperto prope Salzburg (Oesterr. Jahresh. 3, 1902 tab. V cf. Maass ib. p. 196, Benndorf ib. 6, 1903 p. 34. 35). Pertinuisse ad horologium hibernum eius generis, de quo dicit Vitruvius 9, 8, 8 seq. statuit Rehm Jahresh. 6, 1903 p. 46. — 1) De hac scriptura (MAIIVS) cf. supra N. 6089 not. 9.

## Tegulae.

- 8646<sup>a</sup> a. u. c. 678 cos. | [C]n. Oc. C. Sc.<sup>1</sup>, | C. Mu.<sup>2</sup>  
<sup>b</sup> a. u. c. 679 cos. | L. Oc. C. Cot.<sup>3</sup>, | C. Mu.<sup>2</sup>  
<sup>c</sup> a. u. c. 680 C. Mu.<sup>2</sup>, | cos. | L. Luc. M. Cot.  
<sup>d</sup> a. u. c. 685 C. Ve.<sup>4</sup>, | cos. | Q. Hor. Q. Cae.  
<sup>e</sup> a. u. c. 686 L. Naev.<sup>5</sup>, | cos. L. Met. Q. Marc.  
<sup>f</sup> a. u. c. 687 L. Naev.<sup>5</sup>, | cos. | M'. Achi.<sup>6</sup>  
<sup>g</sup> a. u. c. 690 C. Venel. | cos. | L. Iul. C. Mar.  
<sup>h</sup> a. u. c. 740 M. Crasso | Cn. Lentul. cos. | L. Naevi Felic.

*Tegulae repertae in agro Parmensi Velciate Placentino (I 777—782. 786. 797. XI 6673, 4—6. 44. 24 plerisque vidit Bormann). — 1) Consulibus Cn. Octavio C. Scribonio. — 2) Nomen possessoris (Munati?). — 3) Consulibus L. Octavio C. Cotta. — 4) C. Venelii (cf. N. 8646<sup>g</sup>). — 5) L. Naevii (pater vel avus videtur fuisse L. Naevii Felicis N. 8646<sup>h</sup>). — 6) Nomen alterius consulis C. Calpurnii Pisonis brevitate causa tacetur. Aspiratio in Acilii consulis nomine Borghesium admonuit loci Catulliani 84, 4.*

*Alias tegulas eiusdem generis, quarum una est anni 743, vide I 783 seq., XI 6673, 7 seq. — Hae sunt antiquissimae tegulae anni nota (nominibus consulum) instructae; in urbe Roma mos nomina consulum tegulis imprimere coepit secundo demum p. Chr. saeculo (cf. N. 8638<sup>b</sup> not. 4).*

---

8647 Q. Caecilio Metello | A. Licinio Nerva cos.<sup>1</sup>, | M. Grani Marcelli<sup>2</sup>.

*Tegula reperta prope Tifernum Tiberinum Umbriae (Gamurrini strenua Helbigiana p. 97; exemplum mutilum XI 6689, 448). — 1) A. p. Chr. 7. — 2) Memoratur Tac. ann. 1, 74 cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 422 n. 436. Ad eundem pertinent tegulae factae anno p. Chr. 43 XI 6689, 449.*

---

8648<sup>a</sup> Pansae Vibi<sup>1</sup>.

- <sup>b</sup> Pansiana<sup>2</sup>.  
<sup>c</sup> Ti. Pansiana.  
<sup>d</sup> C. Caesar Pans. (vel C. Caes. Pansian. vel C. Cae. Pansian.)  
<sup>e</sup> Ti. Cl. Caes. Pans. (vel Ti. Claudii Pans.)  
<sup>f</sup> Ner. Claud. Pansian. (vel Neronis Cla. Pan. vel Nero Cl. Pans.)  
<sup>g</sup> imp. Galb. Pans.<sup>3</sup>  
<sup>h</sup> Vesp. Caes. Pansian.

*Tegulae reperiri solitae in ora Piceni Venetiae Histriae Dalmatiae, pleraque multis locis magnoque numero, sed cf. not. 1. 5 (III 3215 p. 408. 4058 cf. p. 4634. 2479. 2275. 2328, 478. V 8410, 4—28. Pais 4073, 46. IX 6078, 22—28. XI 6683, 4—17). — 1) Pauca tantum exempla apparuerunt III 3215, 4. V 8410, 4. Ceterum Vibius hic Pansa videtur esse consul a. u. c. 711. — 2) Figlina. — 3) Semel tantum prodit, in agro Caesenate: XI 6683, 46 (non satis certae lectionis est tegula ap. Pais 4073, 47).*

---

**8649<sup>a</sup>** . . Asin. Poll.

<sup>b</sup> teg.<sup>1</sup> C. Cosconi, | fig.<sup>2</sup> Asin. Poll.

<sup>c</sup> N. Deceiti | tegla, | fig.<sup>2</sup> Asin. Pol.<sup>3</sup>

<sup>d</sup> Q. Lepidi Hilari, | f.<sup>2</sup> C. As. Pol.<sup>3</sup>

*Tegulae Tusculi potissimum et Romae in colle hortorum (Pincio) repertae (XV 2231—2234 uniuscuiusque exempla vidit Dressel). — 1) Tegula. — 2) (E.e) figlinis. — 3) Duas has (N. 8649<sup>c,d</sup>) reliquis antiquiores putat Dressel, et pertinere ad C. Asinium Pollionem consullem a. p. Chr. 23 vel etiam ad avum eius oratorum celeberrimum.*

**8650** Damaes Domiti Afri.<sup>1</sup>

*Tegulae Romae repertae (XV 980 aliquot vidit Dressel). — 1) Est Cn. Domitius Afer celebris orator defunctus a. p. Chr. 59 (Tac. ann. 14, 49 cet.). De aliis tegulis servorum huius Domitii cf. Dressel CIL. XV p. 268. In pelvi fictili Pompeiana servitur Prisci Afri Domiti (X 8048, 16).*

**8651** M. Alli | Clementis (infra) Cn. Cn. Dom. | Luc. et Tul.<sup>1</sup>

*Tegulae Romae repertae (XV 939, 1 vidit Dressel). — 1) [C]n. Cn. Dom. | Luc. et Tul. etiam in pelvi Pompeiis rep. X 8048, 6, Daphni [D]omitiorum Tulli et Lucani in pelvi Pompeiana X 8048, 9. De Lucano et Tullo, filiis adoptivis Cn. Domitii Afri eius qui praecedit, cf. supra N. 990. 991. De tegulis eorum Dressel XV p. 268 seq.*

**8651<sup>a</sup>** Successi Dom. Luc. et Tul. | ser.<sup>1</sup>

*Tegulae Romae repertae, una prodiit Carthagine (XVI 1001 aliquot vidit Dressel). — 1) Domitiorum Lucani et Tulli (cf. ad N. 8651) servi.*

**8652** Fausti Domitiae Cn. f. | Lucillae<sup>1</sup>.

*Tegula, Romae (XV 1010 exemptum integrum unicum solus descr. Fabrettius). — 1) Filia Cn. Domitii Lucani, adoptata a Cn. Domitio Tullo patruo (cf. Plin. ep. 8, 18).*

**8653<sup>a</sup>** P. Iuve. II<sup>1</sup>, ex f.<sup>2</sup> Domi. P. f. Lucil.<sup>3</sup>, opu. | dol. Q. Op. Iusti.

<sup>b</sup> Earini Domitiae Lucillae | opus doliare.

<sup>c</sup> Earini Lucillae (sic) Veri | opus doliare.

*Tegulae Romae rep. (XV 1046. 1048. 1050 plures vidit Dressel). — 1) P. Iuventio iterum (sc. consule: a. 129). — 2) Figlinis. — 3) Filia Domitiae maioris (N. 8652) et P. Calvisii Tulli, uxor Annii Veri, mater M. Aurelii; cf. Dressel C. XV p. 266, Prosopogr. imp. Rom. II p. 27 n. 58. Tegulus quae ad eam vel ad servos eius videntur referendae esse, enumeravit Dressel l. c. p. 272. 273.*

**8654** ex pr.<sup>1</sup> Domitiae Lucillae ex fig. Domit. | minorib.<sup>2</sup>, op. dol. Aeli Ale|xandri<sup>3</sup>.

*Tegulae Romae, item in agro Romano et prope Tergeste repertae (XV 174 multas vidit Dressel). — 1) Praediis. — 2) De figlinis Domitianis maioribus (cf. N. 8663) et minoribus cf. Dressel XV p. 46. Videntur illo tempore figlinae Domitianae minores fuisse Domitiae Lucillae. — 3) Idem P. Aelius Alexander etiam in tegulis XV 93. 172. 173. 717, ex quibus XV 172 habet notam anni 138.*

**8655** Domiti Carpi ex pr. Domit. Lucil. | dol. de Lic.<sup>1</sup>, Vero III | cos.<sup>2</sup>

*Tegulae Romae potissimum repertae (XV 277 complures vidit Dressel). — 1) De Licinianis (de Licin. est in tegulis XV 270; cf. port. Lic. XV 408). — 2) A. 126.*

**8656** Cn. Domiti Amandi, | valeat qui. fec.<sup>1</sup>

*Tegulae passim Romae repertae (XV 4097 multas vidit Dressel). — 1) Eadem acclamatio est in tegulis aliorum Domitiorum, XV 4098. 1100. 1104, aliorum quoque figulorum XV 117—120.*

**8657<sup>a</sup>** St. Marcius | Rabbaeus feci.

<sup>b</sup> de figlinis Marcianis | St. Marci Rabbaei.

*Tegulae Romae et prope Romam repertae (XV 311. 310 cf. Notizie degli scavi 1895 p. 395). Aetate Vespasiani has tegulas factas putat Dressel; sed videntur aliquanto antiquiores esse, cf. Notizie l. c.*

**8658<sup>a</sup>** Brutiana<sup>1</sup> | Lupi.

<sup>b</sup> Brut. | M. R.<sup>2</sup> Lupi<sup>3</sup> | Orfito et | Priscino | cos.<sup>4</sup> (clava)

<sup>c</sup> Brut. M. R. L.<sup>3</sup> Hast. Vop. cos.<sup>5</sup> (lupus dextrorsum gradians)

<sup>d</sup> Squilla et Titiano cos.<sup>6</sup> | ex pr. Stat. Maxim. Severi | Hadrian.<sup>7</sup>,

Brut.<sup>1</sup> ex of. Myrin.

*Tegulae Romae repertae (XV 29. 18. 19. 40 complures vidit Dressel). — 1) Intellege tegulam ex praediis appellatis Brutianis. — 2) Rutilii. — 3) Fortasse M. Rutilius Lupus praefectus Aegypti sub Traiano. Cf. etiam supra N. 3865. — 4) A. 110. Haec est antiquissima consulatus nota in tegulis urbanis obvia (cf. Dressel C. I. L. XV p. 9). — 5) A. 114 (cf. N. 3918<sup>a</sup> fin.). — 6) A. 127. — 7) Dominus multarum figlinarum urbanarum, cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 261. 604, fortasse T. Statilius Maximus consul a. 144 (supra N. 1062).*

**8659<sup>a</sup>** Q. Aburni Caedician.<sup>1</sup> ex | fig.<sup>2</sup> Furianis<sup>3</sup>.

<sup>b</sup> Paetino et Apronia. cos.<sup>4</sup> | ex f.<sup>2</sup> Fur. Q. Abu. Cae.

<sup>c</sup> ex f. Fur. Q. Aburni Caediciani | Asiatico II, Aquil. | cos.<sup>5</sup>

<sup>d</sup> Q. Aburni Caediciani ex fig. Furianis | Antonino Aug. III et Vero | cos.<sup>6</sup>

*Tegulae Romae repertae (XV 250. 227. 228. 229 uniuscuiusque exempla vidit Dressel). — 1) Idem supra N. 3010. — 2) Figlinis. — 3) Eiusdem Aburnii Caediciani fuerunt figlinae Tempesinae (XV 605 seq.). — 4) A. 123. — 5) A. 125. — 6) A. 140.*

**8660** ex fig. Intellianis de por.<sup>1</sup> Cor.<sup>2</sup> | Petin. et Apronian. | cos.<sup>3</sup>

*In tegulis duabus, altera rep. Romae, altera Curibus (Notizie degli scavi 1892 p. 347; XV 2395 huius ectypum vidit Dressel). — 1) p of Dressel. — 2) De portu Cornelii. (In aliis tegulis memorantur port. Lic. XV 408, portus Parrae XV 409 seq.) — 3) A. 123.*

**8661<sup>a</sup>** ex fig. Propetianis | negot.<sup>1</sup> Metilio Proculo, figul. Zos. An.

<sup>b</sup> ex predio Hortesi Pauli | ni<sup>2</sup>, neg.<sup>1</sup> Metili. Procl.

<sup>c</sup> ex praed. Hort. Paulini de figu. | Propet., neg.<sup>1</sup> Aur. Antonia.

**8661<sup>d</sup>** ex prae. Hortes. Paulin.<sup>2</sup> c. v., fig. Egnat. Clem., | neg.<sup>1</sup> Valerio Catullo.

**8661<sup>e</sup>** ex praedis heredum cc. vv.<sup>3</sup> Passenijae Petroniae c. f.<sup>4</sup>, neg.<sup>1</sup> Val. Catullo.

*Tegulae Romae repertae (XV 418. 417. 445. 446. 449 ectypa vel etiam ipsas tegulas vidit Dressel, qui iudicat factas aetate Commodi). — 1) Negotiante (sic perscriptum XV 879). — 2) Fortasse idem qui supra N. 5407. — 3) Clarissimorum virorum. — 4) c. f. in medio sigilli positum.*

**8662** op. dol. ex pr. C. Ful. Plaut. pr. pr. c. v.<sup>1</sup> c|os. II, tes.<sup>2</sup> Fulvi Primitivi.

*Tegula, Romae (XV 184 ectypum vidit Dressel). — 1) Cf. supra N. 427. 4528. Consul iterum fuit Plautianus a. 203, occisus videtur esse a. 205 (cf. ad N. 427). — 2) Tessera (cf. N. 8665). Gemellae sunt tegulae XV 184, sed in fine est tes. Feliciss.*

**8663** opus doliare ex praedis d. n., ex c|onduc.<sup>1</sup> Publiciaes Quintin. *Tegulae Romae repertae (XV 761 vidit Dressel). — 1) Conductione.*

**8664<sup>a</sup>** tegl. scipedale<sup>1</sup> doliaris<sup>2</sup> de | fig. Iuliae Proculae.

<sup>b</sup> tegl. bipedal.<sup>3</sup> doliar. de fig. | Iuliae Procles.

*Tegulae duae in urbe rep. (XV 630<sup>a</sup>. 631<sup>a</sup> illam vidit Dressel, hanc Mommsen). — 1) Intellege: tegula sesquipedalis. — 2) In aliis est tecl. sciped. dolia. cet. — 3) bipedale vel similiter etiam XV 362. 352. 4684. Cf. infra N. 8673.*

**8665** tessera<sup>1</sup> doliar. ex figl. | Domitian. maiori.<sup>2</sup>

*Tegula, Romae (XV 170 vidit Dressel solum id quod innotuit exemplum). — 1) Similiter tesserae vocabulum adhiberi videtur N. 8662 et in fistula N. 8698<sup>a</sup>. — 2) Cf. N. 8654 not. 2.*

**8666** ex predis L. M[i]lassi Veri, figlin[as] Martinianas Q. | Volusi Bene|dicti condu|ctoris.

*Tegula, Viterbii (XI 6683 vidit Marinius).*

**8667** ex off. Cl. Felicis, | Saler[ni].<sup>1</sup>

*Tegulae Romae, Salerni, Carthagine, Hadrumeti repertae (XV 2444. VIII 22652, 57). — 1) IN|RELAS scriptum est, quod inverse legendum esse significavit mihi Gauckler.*

**8667<sup>a</sup>** horeis (sic) Postumianis | Caesaris (in medio) A.

*Tegulae Ostiae rep. (XIV 4089, 14. XV 4 vidit Dressel).*

**8667<sup>b</sup>** rei pubicae (sic) | Tusculanor.

*Tegulae Tusculi et Praeneste repertae (XIV 4090, 4. XV 7 nonnullas vidit Dressel).*

*Alias tegulas publicas municipales dedi supra N. 6249. 6608 not. 2.*

**8668<sup>a</sup>** M. Anton. Tiber.

<sup>b</sup> Ant. Tib. (vel Tiber.), Vindob.

*Tegulae Vindobonae repertae (III 4709. 4710 nonnullas vidit Mommsen).*

**8669<sup>a</sup>** fig. Iues.<sup>1</sup>

<sup>b</sup> figulinas Iuensianas<sup>2</sup>, leg. I Nor.<sup>3</sup>

*Prope Carnuntum Pannoniae et prope Lauriacum Norici variis locis repertae tegulae (prioris exempla habes III 5763. 11870. 15358, posterioris III 6489. 11349 p. 2528, 42 et p. 2528, 200). — 1) Figliuas I(u)ve(n)sianas. — 2) Sic recte legit Kubitschek arch. ep. Mitth. 4 p. 120 (primi editores legerant Veusianas). — 3) Legio prima Noricorum memoratur in Notitia imp. Occ. cap. 33 'sub dispositione viri spectabilis ducis Pannoniae primae et Norici ripensis'.*

**8670** leg. II Ital., alar.<sup>1</sup>, | temp.<sup>2</sup> Ursic. v. p. duc.

*Tegulae repertae potissimum prope Lauriacum Norici (Lorch ad Danuvium) et in ea regione (III 11833 p. 1059. 2528<sup>50</sup>. Anzeiger d. kais. Akad. d. Wiss. 1903 p. 19). — 1) Sola vocabula leg. II Ital. al. etiam in tegula Lauriacensi III 5757, 1 n. Similiter in tegulis Carnunti potissimum repertis est leg. II Ital. Pet. (vocabulum lectionis non certae, descriptores variant inter PET, PEY, BEY) | temp. Ursic. duc. (III 4656. 11350<sup>a c d</sup> p. 2528, 42). Praeterea legionis secundae Italicae nomen vel solem vel cum aliis nominibus coniunctum in multis tegulis in Norico (III 5757. 11849—11851. 14569, 2), item in nonnullis in Pannonia superiore (III 11350 p. 2528, 42) repertis; saeculo enim quarto Pannonia prima et Noricum ripense sub eodem duce fuerunt (cf. N. 8669 not. 3). — 2) Temperante (sic legit Kubitschek Mitth. der k. k. Centralcomm. 1901 p. 249 not. 3).*

**8671<sup>a</sup>** of. s.<sup>1</sup>, of. Iobia<sup>2</sup> Cesurini.

<sup>b</sup> of. s., of. Iobia Clemen.

*Tegulae Romae repertae (XF 1609. 1610 complures vidit Dressel). — 1) Officina summae (sc. rei), vel summarum? Cf. Mommsen ap. Dressel XF p. 387. — 2) Officina Iovia nomen habuit a Diocletiano.*

**8672** saeculo Constantiano, | provisio limena.<sup>1</sup>

*Tegulae Romae repertae (XF 1542 duas vidit Dressel; imaginem unius Huebner ex. scr. epigr. n. 1216). — 1) Limenaria? (Momms.). De provisione limenarchae cogitaverat de Rossi.*

**8673** N. D. et C.<sup>1</sup> | Idibus Iulis Celer finget | bipedas (sic)<sup>2</sup> V̄ XXXI. | Actum Casilino | M[o]desto II et Probo cos.<sup>3</sup> | . . . mbres | . . .

*In tegula, reperta prope Capuam (ad S. Angelo in Formis), scariphatum (Notizie degli scavi 1894 p. 285 ad ectypum delineavit Zangemeister). — 1) Hoc scariphatum litteris maioribus, quid significetur, incertum. — 2) Cf. N. 8664<sup>b</sup>. — 3) A. 224.*

**8674** cave malum, si non | raseris lateres ðC! | si raseris, minus malum formidabis.

*Aquileiae, graphio scriptum in tegula (V 8110, 176 vidit Mommsen).*

**8675<sup>a</sup>** kal. Iulis | Severus CCXX, | Fortis CCXX, | Candidus CCXX, | Felicio CCXX, | in uno DCCCLXXX.

**8675<sup>b</sup>** XIII k. Oct. | Fortis CCXXII, | Candidus CCXXV, | Iustinus CXXXVII, | Artemas CLXXXVIII, | min. XXI<sup>1</sup>.

**8665<sup>c</sup>** III kal. Augustas | Severus et Candidus | in hoc navali<sup>2</sup> | CCCLXXX; | Artemas et Eulyme|nus in alio navali | CCCLXXX.

*Tegulae Sisciae repertae, iam Agram (III S. 11381. 11385. 11382 = Eph. ep. 4, 353. 2, 928. 927 viderunt Mommsen et Hirschfeld; similes inscriptiones III 11378 seq.). — 1) Apparet Artemam quoque, ut ii qui enumerantur N. 8675<sup>a</sup> facere debuisse tegulas 220. — 2) De navalis vocabulo cf. Momms. eph. 2 l. c., C. l. c.*

**8676** . . . ium | scandulam et | tegerunt (*sic*) naval[e] | Con[se]ntius et | [A]u[re]lianus et | [R]u[fi]anus dis[c]e[s] | illorum.

*Tegula, Savariae rep., est Pestini (III S. 14360<sup>29</sup>; imago est arch. Értésitő 1896 p. 382).*

*Similia in lateribus scariphata habes Brambach 111. 114; Ann. Bonn. 67. 1879 p. 74.*

### Fistulae plumbeae aquariae.

**8677** C. Caesaris Aug. Germanici.

*In fragmentis tubi plumbei extractis a. 1395 ex lacu Nemorensi (XV 7816 = Notizie degli scavi 1895 p. 394). Similia fragmenta prodierunt iam saec. XV et XVI, sed male decripta esse videntur (cf. XIV 2226 et ibid. inter falsas 114\*. 115\*). Videtur per hanc fistulam aqua fluxisse in navem vel in alteram ex navibus quas mirifice exornatas (similes navium illarum de quibus Sueton. Gai. 57) in lacu Nemorensi videtur fecisse C. Caesar, et de quarum reliquiis post Barnabeium (Notizie l. c.) exposuit V. Malfatti le navi romane del lago di Nemi (ex 'Rivista marittima' 1896).*

**8678** imp. Caes. Aug. Vespasiani | sub cura Callisti Aug. l. proc.<sup>1</sup> (*iuxta, ad unumquodque exemplum inscriptionis, numeri*) I, XXVI, XXIII, XXV, XXXI.

*Romae rep. prope hortos Sallustianos, ubi dicitur 'via Veneto' fistulae plumbeae (Notizie degli scavi 1902 p. 95. 269. 287). — 1) Procuratoris (aquarum, cf. Hirschfeld kais. Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 280).*

**8678<sup>a</sup>** imp. Vespasiani sub cura Call[ist]i Aug. l. proc., f. Atimetus Ant. (*in medio aquila*).

*Romae rep. in foro, fistula (Notizie degli scavi 1901 p. 144).*

**8679** imp. Domitiani Caesaris Aug. Germanici | sub cura Bucolae l. proc.<sup>1</sup>, Ti. Claudius Philetaerus fec. (*In medio Martis figura*).

*Romae, fistula, incertum quo loco urbis rep. (XV 7279 vidit Dressel). — 1) Idem procurator aquarum in simili fistula XV 7280, et praeterea supra N. 1567. Cf. Hirschfeld Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 280.*

**8680** [i]mp. Caesar. Domitia- ni Aug. sub cura Alb.<sup>1</sup>

Alypi<sup>2</sup> proc., fec. Esy- chus<sup>3</sup> et Hermeros ser.

*Ad lacum Albanum rep. fistula, in qua titulus saepius repetitus (XIV 2504. XV 7819 semel, sed accurate, descripta saec. XVII). — 1) Significatur villa Albana imperatoris. Similiter in fistulis XV 7820. 7825. — 2) Idem Alypius eodem munere functus sub Traiano (XV 7295). — 3) Fortasse idem procurator factus XV 7296.*

**8681** imp. Domitiani Caes. Aug. sub cura | Alypi l. proc.<sup>1</sup>, fec. Abascantus ser. Atime.<sup>2</sup>

*Fraseati rep., fistulae complures (XIV 2657. XV 7818 vidit Dressel). — 1) Cf. N. 8680. — 2) Idem liber factus supra N. 3556 (monuit Dr.).*

**8682** [im]p. Domitiani Caesaris Aug. Germ. sub cur. Caec[in.] | Paeti<sup>1</sup> et Articulei Paeti<sup>2</sup> et Nini Hastae<sup>3</sup>.

*Romae rep., fistula (XV 7281 vidit Lanciani). — 1) Fortasse idem supra N. 5929. — 2) Eius nominis vir consul a. 401, 3) consul a. 444.*

*Fistula facta sub cura trium virorum ordinis senatorii, fortasse curatoris aquarum duorumque eius adiutorum (cf. supra N. 5745 not. 3).*

**8683** imp. Caes. Nerv. Trai. Opt. Aug. Ger. Dac. Part. sub | cura procurator. patrimonii<sup>1</sup>, Annea Iucunda fec.

*Romae in Esquilii rep., fistula (XV 7503 vidit Henzen). — 1) Sub cura procuratoris patrimonii factae etiam fistulae XV 7512. 7518. 7759 (in nulla nomen additur). Cf. Hirschfeld Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 280.*

**8684** imp. Caes. Traian. Hadrian. Aug. sub cur. | Petron. Surae proc. Aug.<sup>1</sup>, Cl. Felix fec. (iuxta numerus) C. (In alia parte) Terentius Cassander fec.<sup>2</sup>

*Romae in Quirinali rep., fistula (XV 7509 a vidit Dressel). — 1) Idem procurator VI 977. — 2) Cf. infra N. 8689.*

**8685** imp. Caes. Antonini Aug. Pii sub cura | Aemili Frontini<sup>1</sup>, Aster Aug. lib. fecit. (iuxta numerus) AIII.

*Romae (XV 7514 vidit Dressel). — 1) Eiusdem nominis vir, fortasse idem, proconsul Asiae non multo post Antoninum Pium (Euseb. h. eccl. 5, 48, 9).*

**8686** imp. Antonini Aug. Pii sub cur. Cl. Secundini<sup>1</sup> ra[t. et] | Anni Phlegontis Aug. lib., ex off.<sup>2</sup> Demetri liber[?]i.

*In Portu Romano rep., fistula (XIV 2008 a. XV 7740 bis ut videtur descripta). — 1) Idem rationalis supra N. 4589 (cf. ib. not. 3). Rationalis mentio etiam in alis fistulis Ostiensibus (N. 8688<sup>a,b</sup>. XV 7741 seq.). Cf. Hirschfeld l. c. p. 281. — 2) Officina.*

**8687** impp. Sever. et Antonin. et G[eta]<sup>1</sup> Caes. succur. Thrasia Prisc.<sup>2</sup> cos.<sup>3</sup> c. v. et Vari Marcelli proc.<sup>4</sup> Augg.; off.<sup>5</sup> Terentius Cassander<sup>6</sup>.

*Romae, fistula (XV 7526 vidit Dressel). — 1) Nomen Getae mallei ictibus deletum. — 2) Est L. Valerius Messalla Thrasea Priscus consul ord. a. 496. — 3) Consularis (aquarum?). — 4) De hoc procuratore aquarum cf. supra N. 478 (not. 2). — 5) Officinator. — 6) Cf. infra N. 8689.*

**8688<sup>a</sup>** impp. L. Septimi Severi et M. Aur. Antonini et Getae Caesar. | sub cur. rat.<sup>1</sup> procu. Venust. Augg. lib., ex off. T. Flavi Tiridatis lib.

**8688<sup>b</sup>** impp. M. Aureli Antonini et P. Septimi Getae Augg. sub | cura rat. et Victoris proc. Augg. lib., ex off. Epicteti lib.

*Ostiae rep., fistulae (XIV 4981. 4982 = XV 7746. 7747 descr. Zoega). — 1) Rationalis, deinde insere et (Dressel). Cf. N. 8686.*



**8689** Fulvi Plautiani pr. pr. c. v.<sup>1</sup> succ.<sup>3</sup> Anni | Proculi proc., off.<sup>3</sup> Terentius Cassander (*iuxta numerus*) X.

Romae ad Quirinale rep. (*Notizie degli scavi 1903 p. 20*). *Similis fistula una reperta (Notizie l. c.), sed diversum nomen procuratoris ([s]ucc. Corn[eli] P[ro]c[ul]i proc.).* — 1) Cf. N. 8662. — 2) Sic (*pro sub cura saepe scriptum in fistulis, cf. N. 8687. 8690 cet.* — 3) *Idem officinator etiam in aliis fistulis (supra N. 8687. XV 7258. 7309 a).*

**8690** Aurelius Dionysius lib. f[e]c. | imp. domini nos. pii fel. Antonini Aug. | succura Sulpici Prisci c. v., cur. aquarum<sup>1</sup> (*in alia parte eiusdem ductus*) M. Aureli Dionysi (*in uno exemplo iuxta numerus*) C.

Romae rep. in *Viminali (XV 7350 vidit Dressel)*. — 1) *Curator hic aquarum supra N. 4128. In hac sola fistula mentionem fieri curatoris aquarum ait Dressel, cf. Hirschfeld Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 250 not. 1. Sed cf. N. 8682. 8687.*

**8691** stationis propiae (*sic*) privatae<sup>1</sup> domini n. Alexandri Aug. (*in alia fistula eiusdem ductus*) Sex. Egnatius Reditus fecit.

Romae in *Esquilii rep., fistulae (XV 7333 vidit Dressel)*. — 1) Cf. *Hirschfeld Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 25*.

**8692** stationis urbanae Augg. nn.<sup>1</sup> (*in alia fistula eiusdem ductus*) Calpurnius Licinianus fecit.

*Albani rep. (XV 7826 descr. Lanciani)*. — 1) *In fistula Antii ut dicitur reperta statio urbana Aug. n. (XV 7795).*

**8693** rationis privatae (*in altera fistula praetereo*) . . . [F]lorentinus fecit.  
Romae, *fistulae duae diversis locis repertae (XV 7256 vidit Dressel)*.

**8694** [domus Aug]ustanae, succura Euhodae Aug. lib. proc.  
Romae olim, *fragmenta duo fistularum, inscriptionibus se invicem explentibus (XV 7246 viderunt Mommsen vel Dressel)*.

**8695<sup>a</sup>** operum publicorum.

<sup>b</sup> opere (*sic*) publicorum (*in eodem ductu*) Calpurnius Licinianus fecit.

Romae *fistulae duae, illa rep. ad S. Andreae della Valle, haec extra urbem ad viam Flaminiam ubi dicitur 'Prima Porta' (XV 7355 vidit Dressel)*.

**8696** ortorum Sallustianor. | imp. Sev. Alexandri Aug. (*interdum adscriptum*) Naevius Manes fecit. (*Iuxta numeri*) IIX, XIII, XIV, VX.

Romae in *hortis Sallustianis in fistula saepius repetitum (XV 7249 a vidit Dressel)*.

**8697** imp. Caes. M. Aurelli Antonini Aug. . . (*in parte aversa*) castris praetoris.

Romae in *Esquilii ad castellum aquae Iuliae rep., fistula (XV 7257 vidit Dressel)*.

**8698<sup>a</sup>** Pisone et Iuliano cos.<sup>1</sup> | tessera castresis<sup>2</sup>.

<sup>b</sup> Plautiano II et Geta II cos.<sup>3</sup> Furius Festus trib. coh. VII pr. suc.<sup>4</sup> | cura Muci Genitoris > coh. VIII pr., G. P. Aem.<sup>5</sup> concessu.

*Romae rep. a. 1863 in castris praetoriis, fistulae (XV 7240. 7242 Dressel vidit ectypa). — 1) A. 173. — 2) Cf. N. 8665. — 3) A. 203. — 4) Cf. N. 8689 not. 1. — 5) Gavii Petronii Aemiliani (sic recte Mommsen; cf. supra N. 1171—1173. Sed hic videtur esse Fulvius Aemilianus consul a. 206. Fulvi Petroni Aemiliani c. v. in fistula ad viam Ardeatinam rep. XV 7459).*

**8699** Sex. Laecani Naevi | Labionis<sup>1</sup> γ coh. VIII pr.

*Romae rep., fistulae vel fistularum partes (XV 7244 vidit Dressel). — 1) Cf. supra N. 5350.*

**8700<sup>a</sup>** . . . i Phoebiani trib. cho. pr. vig.

<sup>b</sup> Ti. Cl. Iuventini γ chor. p. vig.

*Romae, fistulae plumbeae duae, quarum illa reperta ad viam latam, 'piazza Colonna', de hac minus constat (Gatti Bull. archeol. comunale 1902 p. 192; XV 7245). Pertinuisse ad stationem cohortis primae vigilum putat Gatti l. c.*

**8701** Laurenti v. c., regione VII.

*Romae rep., ubi dicitur 'piazza Venezia' (Notizie degli scavi 1902 p. 627).*

**8702<sup>a</sup>** Felix ser. municipi Falisci.

<sup>b</sup> September ser. rei pub. Fali[s]cor. sec.

*Falerii rep. (XI 5155<sup>ab</sup> illam vidit Bormann, hanc Zangemeister).*

**8703<sup>a</sup>** r. p. C.<sup>1</sup>, cur. P. Graec. Firmo.<sup>2</sup>

<sup>b</sup> rei publicae municipum Canusinorum, | sub cura L. Eggi Marulli<sup>3</sup>.

*Canusii rep., fistulae plumbeae complures (Sogliano Notizie degli scavi 1894 p. 408; IX 343). — 1) Rei publicae Canusinorum. — 2) P. Graecidius Firmus in decurionibus Canusinis anno 225 (IX 338). — 3) Diversus a L. Cossonio Eggi Marullo consule a. 184, cuius temporibus Canusium iam facta erat colonia, cf. supra N. 5488 (Momms.). — In exemplo reperto anno 1867 additus fuisse dicitur versus tertius . . . lus is adiec[t]u.*

**8704** public. Veientanorum.

*Veiis sine dubio rep., fistulae plumbeae complures (XI 3817 unam Neapoli vidit Mommsen).*

**8704<sup>a</sup>** [i]mp. Vesp. VIII T. imp. VII cos.<sup>1</sup>, Cn. Iulio Agricola<sup>2</sup> leg. Aug. pr. pr.

*Devae (Chester) rep. (Proceedings of the Society of antiquaries of London 48, 1899—1901 p. 98 imaginem; Haverfield Antiquary 1901 p. 43). — 1) A. 79. — 2) Tria haec nomina Agricolae etiam codices Taciti Agric. 4; Dio 66, 20. Nomen praesidis in fistula inscriptum alibi non reperitur.*

**8705** ex officina Martini plumbari.

*In fistulis Romae et in Portu repertis (XV 7647. 7765). Alias fistulas aquarias dedi supra N. 461. 461<sup>a</sup>. 462. 462<sup>a</sup>. 1666. 1669. 5472 not. 5277.*

Massae plumbi. Massae sulfuris.

**8706** M. P. Roscieis M. f. Maic.<sup>1</sup>

*In fodinis antiquis prope Orihuela repertae massae plumbeae plus triginta, pars Carthagine nova, nonnullae Matriti, Parisiis, Londinii adservantur (II 3439. II S. 6247, 4. Eph. ep. 9 p. 181, Huebner ex. scr. epigraph. n. 1204, unius imaginem etiam Gowland Archaeologia 57, 1904 tab. LVIII cf. p. 400, cui notitiam de loco ubi inventae sunt debeo). — 1) Tribu Maecia. Fortasse Lanuvio oriundi erant duo hi Roscii (CIL. XIV p. 191 not. 4).*

**8707** societ. — S. T. Lucreti.<sup>1</sup>

*Basileae rep. a. 1655, massa plumbea, ibique extat (XIII 3 p. 719 n. 40029, 26 = Inscr. Helv. 545, 40 vidit Mommsen). — 1) Societatis Sexti (et) Titi Lucretiorum? (Bohn)*

**8708** societ. argent.<sup>1</sup> — fod.<sup>2</sup> mont. Ilucr.<sup>3</sup> — galena<sup>4</sup>. (*In latere litterae aliquot incusae, quae non intelleguntur, fortasse*) P. Dr. N.

*Romae in Tiberi rep., massa plumbi pendens centum libras Romanas (XV 7916 vidit Dressel). — 1) Societatis argentariarum. — 2) De fodinis. — 3) Mons huius nominis ignotus, sed videtur fuisse in Hispania. — 4) Galena 'vena argenti plumbique communis' Plin. h. n. 34, 175 cf. 55, 93. 34, 459. Idem vocabulum etiam in massis XV 7917. 7918.*

**8709** Neronis Aug. Britan.<sup>1</sup> l. II<sup>2</sup>.

*Saint-Valery-sur-Somme (in ora Galliae Belgicae) rep. (XIII 5491 vidit de Ricci). — 1) Intellege: de Britannicis metallis. Apparet hanc massam e Britannia advectam fuisse. — 2) Legio secunda (sic recte Cagnat Revue arch. ser. III 11, 1888 p. 288). Significatur legio secunda (Augusta), in Britannia castra habens. Legiones Britannicae etiam in aliis massis plumbeis VII 1209.*

*Ex Britannia transvectae videntur esse etiam massae plumbeae in Gallia repertae XIII 2612. 5222.*

**8710** imp. Vesp. Aug. V T. imp. III cos.<sup>1</sup> | de Ceangi<sup>2</sup>.

*Prope Devam (Chester) rep., massae plumbi (VII 1204; Eph. ep. 7, 1121 hanc vidit Haverfield). — 1) A. 74. — 2) De Ceangis, sc. de metallo sito apud Ceangos (cf. Tac. ann. 12, 52). Aliae similes anni 76 et temporum Domitiani sunt VII 1205. 1206.*

**8711**<sup>a</sup> imp. Caes. Hadriani Aug. met. Lut.<sup>1</sup>

b L. Aruconi Verecundi metal. Lutud.<sup>1</sup>

c Ti. Cl. Tr. Lut.<sup>2</sup> Br.<sup>3</sup> ex arg.<sup>4</sup>

d C. Iul. Proti Brit. Lut. ex arg.

e P. Rubri Abascanti metalli Lutudares.<sup>5</sup>

*Massae plumbi, pleraeque prope Mallock, Derbyshire, vel certe in ea regione (N. 8711<sup>a</sup> Hexgrave Park, Nottinghamsh.) repertae, tertiae exempla complura prodierunt in regione Sussex (VII 1215 b, primae unum fortasse in Caledonia, Eph. ep. 5 p. 141), nunc in museo Britannico (VII 1208. 1214. 1215 a. 1216; postremam a. 1894 repertam edidit Haverfield Academy 21. Apr. 1894; imago huius est Journal of the British archaeol. Association nov. ser. 4, 1896 p. 571, imagines omnium apud Gowland Archaeologia 57, 1904 tab. LVII ad p. 399). — 1) Metallum Lutudarensis,*

2) *Lutudarense* (cf. not. 3). — 3) *Britannicum*. — 4) *Ex argentariis?* (sic *Gowland Archaeologia* l. c.). — 5) *Lutudaron locus recensetur ap. Geographum Ravennatem* (p. 429 ed. Parthey) *inter Devam et Derbentionem*.

*Litteras nonnullas* (dd. nn. ut videtur) *impressas in massis plumbi albi (stanni) Britannicis inventi Haverfield Proceedings Society of Antiquaries of London 18 (1899/1901) p. 118 = Mélanges Boissier p. 251.*

*Inscriptiones laterum aureorum puritatem auri testantes* (cf. *Babelon traité des monnaies grecques et romaines I 1 p. 882*) *habes III 8080; Jahrb. d. arch. Inst. 1902 Beibl. p. 46 (O. Rubensohn), Proceedings Society of Antiquaries of London 24. Mart. 1904 (G. F. Hill).*

8712<sup>a</sup> mancipu[m] | sulforis | [pro]v. Sicil[iae] | . . st. . .

<sup>b</sup> [i]mp. Aug. | n. ex of. | Cass[iana] | cond.<sup>1</sup> Tri[goni].

<sup>c</sup> [i]mp. Aug. | n. ex of. | Porcia[na] cond.<sup>1</sup> Trigoni.

<sup>d</sup> imp. A[ug.] | n. ex [of.] Cassia[na] | cond.<sup>1</sup> Esn. . .

<sup>e</sup> [d. n.] Fl. Valerio | [Con]stantino | [max]imo p. f. in victo

Aug., . . . | Iusti [manci]pis.

*Agrigenti, tabulae fictilis destinatae sine dubio ad massas sulfuris signandas* (*X 8044, 1. 6. 7. 8. 4 composuit et descr. Mommsen, alias similis ib. 3 seq., cf. quae exposuerunt Treu et Salinas ib. p. 998*). *Eiusdem generis videtur esse tabula fictilis reperta Racalmuto (inter Agrigentum et Caltanisettam), quam edidit Salinas Notizie degli scavi 1900 p. 659: ex praedis | M. Aureli | Commodiani (sic potius quam Commodi Ant.). Adde frustulum Notizie 1904 p. 37. — 1) Conductione (cf. N. 8665).*

### Massae marmoris.

8713 imp. Domitiani Caesar. | Aug. Germ., loco CLXXV. . . | per Primum lib.

*In marmore rudi, Romae in thermis Antoninianis (vidit Dressel, cf. Hirschfeld Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 163 not. 4). Similis inscriptio in planitie inferiore plinthi statucae Amazonis lecta est (Bruzza ann. inst. 1870 p. 193 n. 278).*

8714 Pontiano cos.<sup>1</sup> | ex r.<sup>2</sup> | Urbei<sup>3</sup> Natalis | n. II.

*In massa marmoris Carystii, rep. Romae ad Tiberim sub Aventino, ubi dicitur 'la Marmorata' (a marmoribus sine dubio eo antiqua aetate advectis hodieque ibi reperiri solitis), ubi fuit emporium (Bruzza ann. inst. arch. 1870 p. 174 n. 12). — 1) A. 153. — 2) Ratione. — 3) Sic legit Dressel (urb. Fl. Bruzza), cf. Hirschfeld Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 177 not. 2. Eundem putat Hirschfeld Orbium Natalem memoratum in duabus similibus inscriptionibus eodem loco repertis: ex r. | Orbi Natales (sic lectum) | n. XXIII et Orbi Na. . (Bruzza l. c. n. 15. 16).*

8715 Pontiano et Atiliano cos.<sup>1</sup> ex ratione | redemptori[s]<sup>2</sup>, n. XXXVIII.

*In massa marmoris Africani, Romae rep. cum restauraretur ecclesia S. Pauli (Henzen Ann. inst. arch. 1845 p. 336 n. 12, Bruzza ib. 1870 p. 185 n. 182). — 1) A. 153. — 2) Vocabulum in litura restitutum, scilicet positum loco nominis quod antea fuerat, testatur Dressel (cf. Rostowzew Staatspacht d. roem. Kaiserzeit p. 454, Hirschfeld Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 166 not. 1).*

**8716<sup>a</sup>** (*in fundo columnae*) L. Aelio | Caesare n. II et Balbino cos.<sup>1</sup>,  
rationi<sup>2</sup> | urbicae<sup>3</sup>, sub cur. Irenaei | Aug. lib. proc.<sup>4</sup>, caesura<sup>5</sup> Tulli |  
Saturnini 7 leg. XXII Prim. (*prope basim*) locus n. II cl. . . | loc. XVI b. .  
(*in planitie superiore*) off. Pa.<sup>6</sup> | n. LXXXVI.

**8716<sup>b</sup>** (*in fundo columnae*) [L.] Aelio Caesare n. II | <B> et Balbino  
cos.<sup>1</sup>, rtoni (*sic*) | urbicae<sup>3</sup>, sub cur. Irenaei Aug. lib. proc.<sup>4</sup>, caesura<sup>5</sup> |  
Tulli Saturnini 7 leg. | XXII Prim. (*in planitie superiore*) off. Papi.<sup>6</sup> | n.  
XCIV | loco XX.

*In duabus columnis ex marmore Synnadio ('pavonazzello'), cf. ad N. 8722, nondum laevigatis, repertis 'alla Marmorata' (cf. ad N. 8714) (Beendorf u. Schoene Lateran p. 354. 355, melius quam Bruzza ann. inst. 1870 p. 191 n. 258. 259). — 1) A. 157. — 2) Sic, non rationis (cf. Hirschfeld Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 177). — 3) Cf. Hirschfeld ib. p. 169, 4) ib. p. 164. — 5) Similiter infra N. 8720. 8721<sup>c</sup>. 8722<sup>c</sup>. 8725. — 6) Officina (cf. infra N. 8722<sup>a</sup>. 8725) Papiaria?*

**8717** ex m. n.<sup>1</sup> Caesaris n.<sup>2</sup> r. d. A.<sup>3</sup> sub cur. C. Cerialis pr.<sup>4</sup> |  
subseq.<sup>5</sup> Sergio Longo<sup>6</sup> 7 leg. XXII Primig., prob.<sup>7</sup> | Crescente lib. n. VIII  
(*ab alia pa te*) n. VIII, (*ab alia parte minio pictum*) CXXX n. VIII (*et alia incerta*).

*In massa marmoris Carystii, rep. Romae ibi ubi N. 8714 (Bruzza ann. inst. arch. 1870 p. 172 n. 4). — 1) Metallis novis. — 2) Nostri. — 3) Rationis domus Augustae. — 4) Procuratoris. — 5) Subsequente (cf. III 1014). — 6) Idem Sergius Longus centurio memoratur in alia massa marmorea (Bruzza l. c. p. 189 n. 257, cf. Momms. ad III 12286); idem in ipsis lapicidinis Carystii titulum dedicavit Herculi III 12286, centurio eo tempore legionis decimae quintae Apollinaris. — 7) Probante (cf. infra N. 8720).*

**8718** Augurin. cos.<sup>1</sup> | l.<sup>2</sup> CXXCVI R<sup>3</sup> (*ab altera parte*) sub cura Mi-  
nici | Sancti proc. Aug., | pr.<sup>4</sup> Crescente lib. | n. XLII.

*In massa marmoris Carystii, Romae ibi ubi N. 8714 (Bruzza ann. inst. 1870 p. 175 n. 4). — 1) A. 152. — 2) Loco. — 3) Recognitum (sic Dressel apud Hirschfeldium Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 165 not. 4). — 4) Probante.*

*Similis fuit inscriptio apud Bruzzam l. c. n. 5.*

**8719** [Orfit]o et Maximo co[s.<sup>1</sup> | ex nov]is lapicaedinis | Aurelianis |  
asu . . . mo Caesare | [sub] cura Iuliani proc. Aug.

*Romae, 'fragmentum' (Grut. 1035, 2 ex schedis Ursini, inde Bruzza ann. inst. 1870 p. 188 n. 224). — 1) A. 172.*

**8720** Epictetus Augus[ti lib.] | probator pro[bavit | l]oc. III | b. sec.<sup>1</sup>  
com. l. . .<sup>2</sup> | [Al]bino et Aemilian[o cos.<sup>3</sup>, | sub cura] Aur. Demetri b . . .  
[caesu]ra Epity[nchani] | vec.<sup>4</sup> Aur. T.

*In massa marmoris Graeci, Romae in thermis Antoninianis (Bruzza ann. inst. 1870 p. 195 n. 279 cun imagine tab. 6 fig. 1, cf. Mommsen bull. inst. 1871 p. 160). — 1) Brachio (sic Mommsen l. c.) secundo. — 2) Commentariorum(?) loco . . . (Momms.). — 3) A. 206. — 4) Vectura (Momms.).*

8721<sup>a</sup> Torqua. et Iulian. cos.<sup>1</sup> | loco CXXIX b.<sup>2</sup> segun.

<sup>b</sup> Torqua. et Iulian. cos. | loco CXXIX b. seg.

<sup>c</sup> Torqua. et Iulian. cos. | loco XXXII b. tert. | caesur. Ael.

Antonini.

*In truncis marmoreis fabricandi causa Parisios adportatis, repertis ut perhibebatur Synnadae (cf. ad N. 8722) in Phrygia (III 14402<sup>g</sup>h<sup>i</sup> = Monceaux bull. des antiquaires de France 1900 p. 323). — 1) A. 148. — 2) Brachio(?).*

8722<sup>a</sup> imp. Anto. IIII et Aurel. | Caes. II cos.<sup>1</sup> | loco CCCXXXIII. | Repr.<sup>2</sup> | Off. Pela.<sup>3</sup>

8722<sup>b</sup> Larg. et M[e]ssal. cos.<sup>4</sup> | loco XXXVII. Repr. | Off. Asiat.

8722<sup>c</sup> Bradua [et] Varo c.<sup>5</sup> | off. Pelag.<sup>3</sup>, caes.<sup>6</sup> | Claudian., b. qua.<sup>7</sup> | loco XVIII | b. .

*Prope Docimeum (Itschki Karahissar) Phrygiae, ubi fuerunt lapicaedinae Romanis dictae Synnadicae (III 7024. 7027. 7029 vidit Ramsay). Alias inscriptiones eiusdem generis in iisdem lapicaedinis inventas III 7005 seq. 12227 seq. 12231. 14192 seq. — 1) A. 145. — 2) Reprobatum? Cf. Hirschfeld Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 169. — 3) Officina Pelagii. — 4) A. 147. — 5) A. 160. — 6) Caesura. — 7) Brachio quarto.*

8723<sup>a</sup> n. CCCV, of.<sup>1</sup> Genii Montis | imp. Commodus Aug. IIII et Victorino [I]I cos.<sup>2</sup>, | caesura Maximi proc.

8723<sup>b</sup> n. LIII, of. nova Aurel., | [A]nullino II et Frontone cos.<sup>3</sup> | ca]esura Athenodori proc. | . . .

*Simitthu (Schemtú) in lapicaedinis rep. (VIII S. 14588. 14589 vidit Cagnat). — 1) Officina. — 2) A. 183. — 3) A. 199.*

*Alias similes inscriptiones earundem lapicaedinarum vide VIII 14560 seq. Mél. de l'école franç. de Rome 1893 p. 435 (Toutain).*

8724 (*signum Christi*) off. inve|nta a Dio|timo | agen[te]<sup>1</sup> | in r[eb.]<sup>2</sup>

*Schemtú in lapicidinarum antiquarum ingressu vivo saxo incisum (VIII 14600 vidit Cagnat). — 1) Lectio non plane certa; . . . uen . . . exceperat Schmidt. — 2) Sic Schmidt. 'A condicione agentis nequaquam abhorret cura metallorum' Momms. De agentibus in rebus O. Hirschfeld Sitzungsber. Akad. Berlin. 1893 p. 421 seq.*

8725 incepta offi|cina Emiliani | nonis Mart.

*Wallerfangen prope Saarlouis ad ingressum cuniculi antiqui vivo saxo incisum (XIII 4258 vidit Zangemeister).*

### Collaria servorum fugitivorum.

*De his monumentis cf. de Rossi bull. arch. crist. 1874 p. 41—67, bull. archeol. comunale di Roma 1887 p. 286; Dressel C. I. L. XV p. 897 seq.*

8726 Ianuarius dic|or, servus sum Dex|tri exceptoris sena|tus<sup>1</sup>, qui manet in re|gione quinta in a|rea Macari.<sup>2</sup>

*Romae olim apud Farnesios, lamina aenea formae circularis, collari sine dubio olim affixa (XV 7174 bis vel semel descripta saec. XVII). — 1) Cf. supra N. 1953 not. 1. — 2) Locus praeterea non memoratus.*

**8727** Asellus servus Praeieci | officialis praefec[ti] annon[e]s, foras mu[r]u exivi, tene me, | quia fugi, reduc | me ad Flora | ad tosor[es]<sup>1</sup>.

*Velitris dicitur rep., lamina aenea formae circularis, postea Parisiis (XV 7172 Huelsen vidit ectypum; Coll. Tyskiewicz 1898 p. 59 n. 164). — 1) De tonsorium statione ad aedem Florae prope circum maximum sila cf. Huelsen ad VI 31900.*

**8728** serv. sum | Leonti scrin. s.<sup>1</sup>, | tene me ne fugia | et revoca in cliv[o] Triario<sup>2</sup>.

*Romae olim, lamina aenea formae circularis (XV 7178 ter descripta saec. XVI. XVII). — 1) Scrinarii senatus? (vide ne fuerit scrin. cum interpunctione). — 2) Vicus triarius fuit in regione urbis duodecima (supra N. 6075).*

**8729** tene me, ne fugiam, et revoca me in foro Traiani in purpuretica<sup>1</sup> ad Pascasium dominum meum.

*Romae olim, nummus aeneus cuius facies ideo abrasa, ut inscriptio ibi collocaretur (XV 7191 aliquoties ut videtur descripta saec. XVII). — 1) Est porticus porphyretica memorata vit. Probi 2.*

**8730** ☉ tene me ☉ | et revoca me in | foro Martis ad | Maximianum | antiquarium (in parte averso) tene me quia fugi et revoca me in Celimontio ad domu Elpidii v. c. | Bonoso ☽.

*Romae, lamina aenea ansam habens perforatam (XV 7190 delineavit de Rossi bull. arch. crist. 1874 tab. II fig. 1. 2 cf. p. 41).*

**8731** fugi, tene me; | cum revocaveris (sic) me d. m.<sup>1</sup> | Zonino, accipis | solidum.

*Romae, lamina aenea formae ovatae, collari ferreo adnexa (XV 7194 vidit Dressel). — 1) Domino meo.*

**8732** tene me, fugio, reboca me in Graecostadio<sup>1</sup> Eusebio mancipe.

*Romae, collare aeneum (Marucchi Nuovo bull. arch. crist. 1902 p. 126; Huelsen Mitth. arch. Inst. Rom. 1905 p. 11). — 1) De Graecostadio (vit. Pii 8, 2, cet.) diverso a Graecostasi temporum antiquiorum, cf. Huelsen l. c.*

**8733** iussione | ddd. nnn.<sup>1</sup>, ne | quis servum | alienum | suscipiat.

*Romae ut videtur olim, lamina aenea folii hederacei forma et superne ansa munita (XV 7171 in Anglia vidit Huebner). — 1) Cf. Mommsen jur. Schriften 2, 358.*

## Signacula medicorum oculariorum.

*Inscriptiones quae sequuntur incisae sunt in lateribus angustis (marginibus) parvorum lapidum planorum quadratorum: tales lapides a medicis oculariis in Gallia potissimum — nam ibi plerique reperti sunt — adhibitos esse ad signanda collyria (arida collyria, ξηροκολλύρια; Galen. περὶ συνθέσ. φαρμ. τῶν κατὰ τὸ πονός 4, 6, XII p. 725 ed. Kuehn) quae confecerant, ex ipsis inscriptionum verbis*

apparet, et confirmatur reliquiis nonnullis ipsorum collyriorum prope Reims re-  
pertis (XIII 10021, 220—227). Monumenta huius generis post alios composuerunt  
C. L. Grotefend die Stempel der roem. Augenärzte (Hannover 1867); Aem. Espé-  
randieu Revue archéologique ser. III t. 21—24 (1895/4) = Recueil de cachets d'ocu-  
listes romains (Paris 1894), et nuper in Corporis inscr. Lat. vol. XIII parte 3, p. 564  
—600; exempla selecta ediderunt Villefosse et Thédenat cachets d'oculistés romains  
(Paris 1882), adiecto uberrimo commentario.

**8734** Q. Albi Vitalionis mixtum<sup>1</sup> ad | omnia praeter lippitudin. —  
Q. Albi Vitalionis melinum<sup>2</sup> | acre<sup>3</sup> ad pulver. et caligine.<sup>4</sup> — [Q. Albi Vi-  
talionis isochrysum<sup>5</sup> | [ad incipientes suffus.<sup>6</sup> et clar.<sup>7</sup> — Q. Albi Vita-  
lionis che[lidon].<sup>8</sup> | opobalsam.<sup>9</sup> ad calig[inem]<sup>4</sup>

Prope Vertillum Lingunum (Vertault) rep., est Chatillon-sur-Seine (XIII 10021, 3  
vidit Hirschfeld; imaginem exhibet Villefosse bull. des antiq. de France 1884 p. 159).  
— 1) Celsus 6, 6, 47 Euelpidis (collyrium) quod μεμυμένον nominabat. — 2) Cf.  
Galen. XII 769, 786. Villefosse et Thédenat p. 179 seq. — 3) Cf. Scribon. Larg. 4, 35. —  
4) Celsus 6, 6, 32. Plin. h. n. 25, 144 (anagallidos herbae) sucus oculorum caliginem  
discutit cum melle. — 5) Collyrium huius nominis memorat Galen. de comp. pharm.  
local. lib. 4 (XII p. 785 Kuehn). — 6) Cf. Cels. 6, 6, 35, 7, 7, 15. Scrib. Larg. c. 38.  
Plin. h. n. 34, 114 remedium contra inilia glaucumatum et suffusionem; ib. 28, 7,  
32, 33. — 7) Cf. N. 8739. — 8) Collyrium ex succo chelidoniae herbae, cf. Plin. h. n.  
25, 89, 90. — 9) Opobalsamatum cf. N. 8742; Villefosse-Thédenat p. 145 seq.

**8735** L. Antoni Epicteti | dialepidos<sup>1</sup> ad dia.<sup>2</sup> — L. Antoni Epicteti |  
diamisyos<sup>3</sup> ad c.<sup>4</sup> — L. Antoni Epicteti | diarodon<sup>5</sup> ad imp.<sup>6</sup> — L. Antoni  
Epicteti | stactum<sup>7</sup> ad cla.<sup>8</sup>

Bagaci Nerviorum (Bavai) rep. (XIII 10021, 15 Hirschfeld vidit ectypum). —  
1) Cf. Dioscorid. I p. 752 ed. Sprengel; Cels. 2, 12, 1; Marcell. empir. 8, 197. — 2) Dia-  
thesis. Cf. N. 8741. — 3) Cf. Marcell. empir. 8, 199: collyrium diamisyos, quod facit  
ad aspritudines oculorum tollendas et ad lacrimas substringendas, componitur sic,  
cet. De misye Plin. h. n. 34, 121 misy . . . extenuat et scabritias oculorum inveteratas.  
Galen. XII p. 226 seq. — 4) Cicatrices. — 5) Διά ῥόδων vel διάρροδων, cf. Galen. XII  
p. 765 seq. Aelius p. 8, 10 ed. Hirschberg. — 6) Impetus (sc. lippitudinis). — 7) Cf.  
N. 8742. — 8) Claritatem.

**8736** T. Atti Divixti<sup>1</sup> dia|zmyrnes<sup>2</sup> post imp. lip.<sup>3</sup> — T. Atti Dvxt. (sic)  
nar|dinum ad impet. lip. — T. Atti Divixti diam|sus<sup>4</sup> ad veteres cic. —  
T. Atti Divixti dia|libanu<sup>5</sup> ad imp.<sup>6</sup> ex ovo<sup>7</sup>.

Apuli in Dacia rep. (III 1636 = XIII 10021, 19 vidit Mommsen). — 1) Nota  
nomen Gallicum. — 2) Διά σμύρνης. Cf. Scribon. Larg. c. 26; Marcell. 8, 211  
(διάσμυρον Galen. XII p. 257, 774). — 3) Impetum lippitudinis. — 4) Cf. N. 8735  
not. 5. — 5) Διά λιβάνου. Cf. Cels. 6, 6, 13; Marcell. empir. 8, 207. — 6) Sc. lip-  
pitudinis. — 7) Cf. Cels. 6, 6, 8: leniri medicamentum debet adiecto albo ovi; ib. 6,  
6, 9: ex lacte aut ovo. Marcell. 8, 117: ex ovo tritum.

**8737** C. Cl. Immunis diap|sor.<sup>1</sup> opo.<sup>2</sup> ad claritat.<sup>3</sup> — C. Cl. Immu-  
nis penicil|le<sup>3</sup> ad impet. lippit. ex ovo.<sup>4</sup> — C. Cl. Immunis coeno[η]<sup>5</sup> | ad  
aspr. et claritates. — [C. Cl.] Immunis diasmyr|nes post inip. lipp. ex ovo.<sup>4</sup>



*Mandeure in Sequanis rep. (XIII 10021, 44 vidit Hirschfeld).* — 1) *Diapsoricum. Cf. Marcell. empir. 8, 206, cet.* — 2) *Opobalsamatum. Cf. N. 8742.* — 3) *Cf. N. 8739.* — 4) *Cf. N. 8736 not. 7.* — 5) *Κοινόν (collyrium ex his signaculis tantum notum).*

**8738** Epagathi diasmyrnes | post impet. lippitud. — Epagathi diasmysus<sup>1</sup> | ad aspritudines tol. — Epagathi horaeon<sup>2</sup> | croc. ad aspritudines. — Epagathi theoctiston<sup>3</sup> | ad diathesis tolle.

*Prope Ateste (Este) rep. (Notizie degli scavi 1904 p. 432).* — 1) *Cf. N. 8735 not. 3.* — 2) *Collyrium aliunde non notum.* — 3) *Idem collyrium sine dubio in signaculo Espérandieu recueil n. 36 = XIII 10021, 22, ubi lectum est theochist.*

**8739** L. I. Docilae croco|des diamyseos<sup>1</sup> a. d.<sup>2</sup> — L. I. Docil. ambrosium<sup>3</sup> | opobalsam. ad clari. — L. I. Docilae penicil|lum<sup>4</sup> authemer.<sup>5</sup> ex ov. — L. I. Docilae diacinna|bareos<sup>6</sup> ad clar. ocul. (*in planitie utraque scariphata quaedam*).

*Vaucluse rep., iam Parisiis (XIII 10021, 82 vidit Espérandieu).* — 1) *Cf. N. 8735 not. 3.* — 2) *Ad diathesis? (cf. N. 8744).* — 3) *Cf. N. 8740 not. 6.* — 4) *Penicillum sive penicille (N. 8737): cf. Cels. 6, 6, 8. 9; Plin. h. n. 34, 123. 131. Villesosse-Thédenat p. 48.* — 5) *Cf. Galen. XII p. 755. Villesosse-Thédenat p. 24.* — 6) *Κινναβάριον (collyrium) Ἀξίου ὀφθαλμικοῦ στόλου Βορρετανικοῦ describit Galen. XII p. 786.*

**8740** C. Titti Balbini chlo|ron<sup>1</sup> ad expurg. et replet.<sup>2</sup> — Balbini char|ma<sup>3</sup> ad cylon<sup>4</sup>. — C. T. Balbini charma | ad cylon<sup>4</sup> et chalazos.<sup>5</sup> — C. T. Balbini a|mimetum<sup>6</sup> ad s.<sup>7</sup> (*in planitie superiore*) C. Tit. Balbi.

*In Arvernii loco dicto Martres d'Artières in coemeterio Romano rep. (XIII 10021, 181 vidit Hirschfeld; imaginem Villesosse-Thédenat p. 5).* — 1) *Cf. Veget. mulomed. 6, 28, 5.* — 2) *Cf. Dioscorid. II p. 109 ed. Sprengel: τὰ ἔλκη πληροῦντα καὶ ἀποκαθαίροντα. Plin. h. n. 32, 24: ulcerum cava explet; ib. 36, 156.* — 3) *Collyrium praeterea ignotum.* — 4) *Cf. Villesosse-Thédenat l. c. p. 11.* — 5) *Χαλάζωσιν. Cf. Galen. XIV p. 770 ed. Kuehn, cet.* — 6) *Similia nomina collyriorum: isotheon, ambrosium cet. (CIL. XIII part. 3 p. 604 seq.).* — 7) *Ad suppurationes?*

**8741** L. Val. Latini euodes<sup>1</sup> ad ci|catrices et aspritudin. — L. Val. Latini apalacro|codes ad diathesis<sup>2</sup>.

*Tranent prope Edinburg rep. (VII 1319. XIII 10021, 188 Espérandieu vidit ectypum).* — 1) *Cf. Marcell. 8, 117.* — 2) *Cf. Galen. XII p. 764: χορησιμον δὲ καὶ πρὸς τὰς ἄλλας διαθέσεις.*


**8742** Q. Valeri Sexti stac|tum<sup>1</sup> ad caligines | opobalsamatum. — G. Vitali Amandi|onis cloron.<sup>2</sup>

*Daspich prope Metz rep. (XIII 10021, 191 viderunt Hirschfeld et Espérandieu).* — 1) *Cf. Scribon. Larg. 34; Marcell. 8, 71 cet.* — 2) *Cf. N. 8740 not. 1.*

CAPVT XIX.  
ANALECTA VARIA.

Vasculum Dresselianum.

8743



love sat<sup>1</sup> deivos qoi med mitad nei ted endo cosmis virco sied asted  
noisi ope toitesiai pacari vois. — Duenos med feced en manom einom  
dzenoine<sup>2</sup> med maao<sup>3</sup> statod.

*Vasculum argillaceum triplex (ex tribus doliolis conglutinatum), Romae rep. inter Quirinalem et Vininalem, sed plane incertum num loco antiquo, in quo stilo exarati versus duo vel tres litteris antiquissimis (H. Dressel, qui indagavit et sibi comparavit primus edidit adiutus a Buechelero ann. inst. arch. 1880 p. 158 tab. I). Tractaverunt Buecheler mus. Rhen. 56, 1881 p. 255 seq.; Jordan Herm. 46, 1881 p. 225 seq., deinde multi alii, plerosque enumeratos habes CIL. I ed. 2 p. 374. Lectio plerumque certa (sed cf. not. 3), nisi quod propter scripturam continuam neque ullis punctis vel spatiis distinctam distributio vocabulorum in coniectura posita est; sic ut supra dedi vocabula distinxit Buecheler. — 1) Inter love et sat lineola interposita est, quae fortasse dirimere debebat inter duo vocabula, certe non videtur habendu esse pro littera i. — 2) z postea inserta. — 3) Errore ut videtur pro mano, et videtur scriptor errorem corrigere voluisse.*

*Plane incerta interpretatio; Buecheler mus. Rhen. 36, 1881 p. 255 seq. sic fere accipiendum putat: Iovi Saturno deis qui me mittat, ne te intus comes virgo sit adstet, nisi Opi Tutesiae pacari vis; Duenus me fecit propter mortuum et die noni me mano sistito. — Paullo aliter Jordan l. c. (comis virgo sit, ast nisi cet.); aliter denique Thurneysen Zeitschr. f. vergl. Sprachforschung 35, 1899 p. 212.*

## Fasti anni civilis et rustici.

8744

Tabula anni civilis (Iuliani) Maffeiana.

(Textum v. pag. 988—991.)

Romae saec. XVI in domo Mafferiorum, tabula marmorea, nunc periit praeter pauca fragmenta (I ed. 1 p. 503—507, ed. 2 p. 222—226; omisi reliquias laceras praescriptionis, ubi nomina privatorum quorundam perscripta erant qui fastos hos et nescio quae opera cum iis coniuncta collocanda curaverant).

Scripti sunt fasti hi 'Maffeiani' imperante Augusto, inter annos ut videtur 746, quo mensis Sextilis Augusti nomen accepit, et 757, quo dies 26. Iun. propter adoptionem Tiberii in diem festum mutatus est (cf. p. 989 ad 26. Jun.). Eiusdem fere aetatis sunt reliqui fasti lapidibus incisi qui ad nos pervenerunt (de celeberrimis Praenestinis cura Verrii Flacci Praeneste in foro collocatis vide p. 995), nonnulli incisi sunt sub Tiberio, Antiatas (CIL. I ed. 1 p. 328, ed. 2 p. 248) sub Claudio. Omnes plus minus mutili ad nos pervenerunt; in solis fastis his Maffeianis ordo duodecim mensium paene integer superest. Composuit fastorum horum reliquias Mommsen CIL. I ed. 1 p. 298—351, ed. 2 p. 210—252, additis fastis saec. IV et V in litteras relatis et amplissimo commentario (qui nuper accesserunt, eos vide CIL. VI p. 3315).

Constant autem fasti lapidibus incisi notis his: 1) litteris alphabeti octo primis (A—H) continuo ordine repetitis et usque ad finem anni aequabiliter decurrentibus, quibus indicantur nundinia; 2) nominibus dierum, quibus nomina propria erant, scilicet kalendarum nonarum iduum KAL., NON., ID. (vel EID), ad kalendas mensis quoque nomine adposito, et feriarum anni Romani antiquissimarum quadraginta quinque AGON., CAR., LVPER. etc. (cf. infra ad Ian. 9. 11. Febr. 15. cet.), quibus additus a. 759 dies Augustalia (cf. ad Oct. 12); 3) litteris quibusdam quibus condicio unius cuiusque diei significaretur, utrum fastus (F) an comitialis (C) an nefastus esset (N); diebus fere quinquaginta adscripta est nota NP, scilicet feriis illis plerisque, praeterea iduum diebus omnibus et kalendis Martiis, litterae N forma ut videtur peculiaris, qua nefastum hilarem significari putabat Mommsen (sed cf. Wissowa Religion d. Römer p. 574); diebus octo adscriptum est EN, significans diem endotercium sive intercium (cf. ad 10. Ian.); de aliis quibusdam dierum notis vide ad 24. Mart. 24. Mai. 15. Iun. 19. Aug. Haec, servata ex anni antiqua ordinatione, aequabiliter recepta sunt in fastos aevi imperatorii ibique expressa sunt litteris maioribus; litteris minoribus adscripti sunt ludi temporibus liberae rei publicae instituti; de diebus festis et sacris variae adnotationes; adnotationes historicae, ad domum Caesarum potissimum pertinentes; in fastis Praenestinis praeterea doctissima interpretamenta Verrii Flacci. Plenissime haec exposuit Mommsen CIL. I ed. 1 p. 562 seq., ed. 2 p. 284 seq. Cf. praeterea Marquardt Staatsverw. III (ed. 2) p. 288—294. 567—589; Wissowa Religion und Kultus der Römer p. 567 seq. 491 seq.

## 8744

1 A K. IAN. F	1 H K. FEB. N	1 D k. Mar. NP
2 B F	2 A N	2 E F
3 C C	3 B N	3 F C
4 D C	4 C N	4 G C
5 E NON. F	5 D NON.	5 H C
6 F F	6 E N	6 A NP hoc die   Caesar
7 G C	7 F N	7 B NON. F pontif.
8 H C	8 G N	8 C F maxim.
9 A AGON.	9 H N	9 D C fact. est
10 B EN.	10 A N	10 E C
11 C CAR. NP	11 B N	11 F C
12 D C	12 C N	12 G C
13 E EID. NP	13 D EID. NP	13 H EN.
14 F EN. dies   vitios.	14 E N	14 A EQ. NP
15 G CAR. ex s. c.	15 F LVPER. NP	15 B EID. NP
16 H C	16 G EN.	16 C F
17 A C	17 H QVIR. NP	17 D LIB. NP
18 B C	18 A C	18 E C
19 C C	19 B C	19 F QVIN. N
20 D C	20 C C	20 G C
21 E C	21 D FERAL. F	21 H C
22 F C	22 E C	22 A N
23 G C	23 F TER. NP	23 B TVBIL. NP
24 H C	24 G REGIF. N	24 C Q. REX C. F.
25 A C	25 H C	25 D C
26 B C	26 A EN.	26 E C
27 C C	27 B EQ. NP	27 F NP hoc die   Caesar Alexand.
28 D C	28 C C	28 G C recepit.
29 E F		29 H C
30 F N		30 A C
31 G C		31 B C

9. Ian.: *Agonia* (cf. *Varr. de l. 6, 12*; *CIL. I ed. 2 p. 506*). — 10. Ian.: *endotercisus* (cf. *Varr. l. L. 6, 31*; *Macrob. sat. 1, 16, 2, 3*; *Ovid. fast. 1, 49*; *CIL. I ed. 2 p. 290*). *Eadem nota adscribitur etiam ad 14. Ian. 16. Febr. 26. Febr. 13. Mart. 22. Aug. 44. Oct. 12. Dec.* (cf. *CIL. I ed. 2 p. 295*). — 11. et 15. Ian.: *Carmentalia*. — 14. Ian.: *Endotercisus* (cf. ad 10. Ian.). — 14. Ian.: *Vitiosi appellatio in fastis ad hunc solum diem adscripta*; cf. *Momms. CIL. I ed. 2 p. 296*. — 15. Febr.: *Lupercalia*. — 17. Febr.: *Quirinalia*. — 24. Febr.: *Fevalia*. — 25. Febr.: *Terminalia*. — 24. Febr.: *Regifugium*. — 26. Febr.: *endotercisus* (cf. ad 10. Ian.). — 27. Febr.: *Equirria*. — 6. Mart.: cf. *supra N. 108*. — 15. Mart.: *Endotercisus* (cf. ad 10. Ian.). — 14. Mart.: *Equirria*. — 17. Mart.: *Liberalia*. — 19. Mart.: *Quinquatrus*. — 25. Mart.: *Tubilustrium*. — 24. Mart.: *Quando rex comitiavit, fas* (cf. ad 24. Mai.). — 27. Mart.: *Dictator Caesar Alexandria potitus est a. u. c. 707*.

1 C K A [PR. F]	1 [A K. MAI. F]	1 [H k. IV] N. N   8744
2 D [F]	2 [B F ludi]	2 [A] F
3 E C	3 [C C lud. in cir.]	3 B C
4 F C ludi Matr. mag.	4 D [C]	4 C C
5 G NON. ludi	5 E C	5 D NON
6 H NP ludi	6 F C	6 E N
7 A N ludi	7 G NON. N	7 F N
8 B N ludi	8 H F	8 G N Menti   in Capit.
9 C N ludi	9 A LEM. N	9 H VEST. N <sup>fer.</sup> Vestae
10 D N lud. in cir.	10 B C	10 A N
11 E N	11 C LEM. N	11 B MATR. N
12 F N ludi Cereri	12 DNP lud. Mart. in cir.	12 C N
13 G EID. NP ludi	13 E LEM. N	13 D EID. NP
14 H N ludi	14 F C	14 E N
15 A FORD. NP ludi	15 G EID. NP	15 F Q. ST. D. F
16 B N ludi	16 H F	16 G C
17 C N ludi	17 A C	17 H C
18 D N ludi	18 B C	18 A C
19 E CER. N lud. in cir.	19 C C	19 B C
20 F N	20 D C	20 C C
21 G PAR. NP	21 E AGON. NP	21 D C
22 H N	22 F N	22 E C
23 A VIN. NP	23 G TVB. NP	23 F C
24 B C	24 H Q. REX C. F	24 G C
25 C ROB. NP	25 A C	25 H C
26 D F	26 B C	26 A C
27 E C	27 C C	27 B C
28 F NP lud. Flor.	28 D C	28 C C
29 G C ludi	29 E C	29 D F
30 H C ludi	30 F C	30 E C
	31 G C	

4./10. Apr.: Ludi Matris Magnae; cf. fast. Praen. ad 4. Apr. (infra p. 992). — 12./19. Apr.: Ludi Ceriales, cf. Marquardt Staatsverw. III ed. 2 p. 362. — 15. Apr.: Fordicidia. — 19. Apr.: Parilia. — 21. Apr.: Parilia. — 25. Apr.: Vinalia. — 25. Apr.: Robigalia. — 28. Apr./5. Mai.: ludi Florales. — 9. 11. 15. Mai.: Lemuria (cf. Marquardt l. c. p. 575). — 12. Mai.: cf. CIL. I ed. 2 p. 318. — 21. Mai.: Agonia. — 25. Mai.: Tubilustrium. — 24. Mai.: Quando rex comitiavit, fas (sic Varr. de l. L. 6, 51, similiterque fasti Praenestini ad 24. Mart., cf. etiam Ovid. fast. 5, 727: apparet diem ex parte nefastum ex parte fastum fuisse). Eadem nota adscripta est ad d. 24. Mart. — 8. Iun.: Menti in Capitolio aedes dedicata est a. u. c. 539 (Liv. 25, 51, 9 cf. 22, 10, 10, Ovid. fast. 6, 241 sub hoc ipso die). — 9. Iun.: Vestalia; feriae Vestae. — 11. Iun.: Matralia. — 15. Iun.: Quando stercus delatum, fas (sic explicito Varro de l. L. 6, 52 cf. Fest. p. 258. 259. 344 Müll. Ovid. fast. 6, 717). — 26. Iun.: hic dies in aliis quibusdam fastis pro C notam habet feriarum NP, scilicet feriatus factus a. p. Chr. 4 propter adoptionem Tiberii, ut diserle legitur in fastis Amiterninis.

8744	1 F K. IVL. N	1 E K A [UG. N <sup>3</sup> ]	1 [D KAL. SEPT. F.]
	2 G N	2 F N hoc die [Caesar	2 E N <sup>3</sup>
	3 H N	3 G C in Hispan.]	3 F N <sup>3</sup>
	4 A N <sup>3</sup>	4 H C cit. vicit.	4 G C ludi Romani
	5 B POPLIF. N <sup>3</sup>	5 A NON. F	5 H NON. F lud.
	6 C N ludi   Apollin.	6 B F	6 A F ludi
	7 D NON. N ludi	7 C C	7 B C ludi
	8 E N ludi	8 D C	8 C C ludi
	9 F N ludi	9 E N <sup>3</sup> hoc die   Cae-	9 D C ludi
	10 G C ludi	10 F C sar   Hispali	10 E C ludi
	11 H C ludi	11 G C vic.	11 F C ludi
	12 A N <sup>3</sup> ludi	12 H C	12 G N ludi
	13 B C lud. in circ.	13 A EID. N <sup>3</sup>	13 H EID. N <sup>3</sup>
	14 C C merk.	14 B F	14 A F equor. prob.
	15 D EID. N <sup>3</sup> merk.	15 C C	15 B N lud. Rom. in circ.
	16 E F merk.	16 D C	16 C C in circ.
	17 F C merk.	17 E PORT. N <sup>3</sup>	17 D C in circ.
	18 G C merk.	18 F C	18 E C in circ.
	19 H LVCAR. N <sup>3</sup>	19 G VIN. F. P.	19 F C in circ.
	merk.	20 H C	20 G C merk.
	20 A C lud. Vict. Caesar	21 A CONS. N <sup>3</sup>	21 H C merk.
	21 B LVCAR. lud.	22 B EN	22 A C merk.
	22 C C ludi	23 C VOLC. N <sup>3</sup>	23 B N <sup>3</sup> mer. H. d.
	23 D NEPT. ludi	24 D C	24 C C Augusti nata-
	24 E N ludi	25 E OPIC. N <sup>3</sup>	lis; lud. circ.
	25 F FVRR. N <sup>3</sup> ludi	26 F C	25 D C
	26 G C ludi	27 G VOLT. N <sup>3</sup>	26 E C
	27 H C in circ.	28 H N <sup>3</sup> h. d. ara Victo-	27 F C
	28 A C in circ.	riae in curia	28 G C
	29 B C in circ.	dedic. est	29 H F
	30 C C in circ.	30 B F	30 A C
	31 D C	31 C C	

5. Iul.: Poplifugia. — 6./15. Iul.: Ludi Apollinares. — Ad d. 14. Iul. merk. errore adscriptum in hac tabula (mercatus dies V fasti Antiates CIL. 1<sup>2</sup> p. 248 ad d. 15. Iul.). Mercatus fasti huius generis recensent post ludos Romanos, plebeios, item post hos Apollinares (cf. CIL. 1<sup>2</sup> p. 300). — 19. 21. Iul.: Lucaria. — 20./30. Iul.: Ludi Victoriae Caesaris. — 23. Iul.: Neptunalia. — 25. Iul.: Furrinalia. — 2. Aug.: significatur victoria Caesaris de Afranio et Petreio legalis Pompeii. Similiter vel etiam plenius in aliis fastis, in Amiterninis ita: Feriae quod eo die C. Caes. C. f. in Hispan. citer. et quod in Ponto eod. die regem Pharnacem devicit. — 9. Aug.: dies pugnae Pharsalicae (Hispani error est quadratarii, ut apparet ex fastis Amiterninis et Antiatibus, in his est: divus Iulius Phars. vici). — 17. Aug.: Portunalia. — 19. Aug.: Vinalia. De nota F. P. raro obvia cf. CIL. 1<sup>2</sup> p. 289. — 21. Aug.: Consualia. — 22. Aug.: endolercisus (cf. 10. Ian.). — 23. Aug.: Volcanalia. — 25. Aug.: Opiconsivia. — 27. Aug.: Volturnalia. — 28. Aug.: significatur ara in curia Iulia dedicata a. 725 (Dio 51, 22). — 4./19. Sept.: Ludi Ro-

1 B K OCT. N	1 A K [NOV. F]	1 [G K. DEC. N] 8744
2 C F	2 B F	2 [H N]
3 D C	3 C [C]	3 [A N]
4 E C	4 D [C]	4 [B C]
5 F C	5 E NO[N. F]	5 [C F]
6 G C	6 F F ludi	6 [D F]
7 H NON. F	7 G C ludi	7 E C
8 A F	8 H C ludi	8 F C
9 B C	9 A C ludi	9 G C
10 C C	10 B C ludi	10 H C
11 D MEDITR.	11 C C ludi	11 A AGON. N <sup>p</sup>
12 E AVGVST. N <sup>p</sup>	12 D C ludi	12 B EN
13 F FONT. N <sup>p</sup>	13 E EID. N <sup>p</sup> epul. indict.	13 C EID. N <sup>p</sup>
14 G EN	14 F F equor. prob.	14 D F
15 H EID. N <sup>p</sup>	15 G C lud. pleb. in circ.	15 E CONS. N <sup>p</sup>
16 A F	16 H C in circ.	16 F C
17 B C	17 A C in circ.	17 G SAT. feriae Saturn.
18 C C	18 B C merk.	18 H C
19 D ARM. N <sup>p</sup>	19 C C merk.	19 A OPAL. N <sup>p</sup>
20 E C	20 D C merk.	20 B C
21 F C	21 E C	21 C DIV. N <sup>p</sup>
22 G C	22 F C	22 D C
23 H C	23 G C	23 E LAR. N <sup>p</sup>
24 A C	24 H C	24 F C
25 B C	25 A C	25 G C
26 C C lud. Vict.	26 B C	26 H C
27 D C ludi	27 C C	27 A C
28 E C ludi	28 D C	28 B C
29 F C ludi	29 E F	29 C F
30 G C ludi	30 F C	30 D F
31 H C ludi		31 E C

mani cf. CIL. I ed. 2 p. 528; 14. Sept.: equorum probatio pertinet ad partem circensem ludorum, d. 15. Sept. seq. (similiter in ludis plebeiis, mense Nov.); post ludos d. 20./25. Sept. mercatus. — 25. Sept.: de natali Augusti cf. supra N. 108. 112. 154.

11. Oct.: Meditrinalia (Varr. l. L. 6, 21. Fest. p. 125). — 12. Oct.: Augustalia, instituta a. 739 (Dio 54, 10). — 15. Oct.: Fontinalia (Varro l. L. 6, 22. Fest. p. 85). — 14. Oct.: endotercisus, cf. ad 14. Ian. — 19. Oct.: Armilustrium (Varro l. c. Fest. p. 19). — 26. Oct./1. Nov.: ludi Victoriae, sc. Sullanae. — 6. (vel potius 4.)/17. Nov.: ludi plebei; inter hos interpositum d. 13. Nov. epulum Iovis, quo loco sane mirum est non perscribi ipsum epulum sed indictionem eius (epulum indicitur etiam fasti Antiates CIL. I ed. 2 p. 249, sed fasti frat. Arv. Iovi epul.); de equorum probatione d. 14. Nov. cf. ad d. 14. Sept.; ludos subsequitur mercatus (d. 18./20. Nov.), similiter ut ludos Apollinares et ludos Romanos. — 11. Dec.: Agonia. — 12. Dec.: endotercisus (cf. ad 10. Ian.). — 15. Dec.: Consualia. — 17. Dec.: Saturnalia; feriae Saturno. — 19. Dec.: Opalia. — 21. Dec.: Divalia. — 25. Dec.: Larentalia.

864<sup>a</sup> Ex fastis Praenestinis adnotationes selectae.

*Ad 1. Ian.:* [Aescu]lapius<sup>1</sup>, Vediovi in insula<sup>2</sup>. Hae et | [aliae pri]mae calendae appellantur, quia | [eorum pri]mus is dies est quos pont[if]ex minor quo[vis anni] mense ad nonas sin[gulas currere | edicit in Cap]itolio in curia cala[bra]<sup>3</sup>. Ann[us] no[n] [vus incipit], quia eo die mag. ineunt, quod coepit | [p. R.] c. a. DCI<sup>4</sup>.

*Ad 2. Ian.:* [Hic dies fastus est. Fasti dies appe]llantur quod iis licet fari apud | [magistratus populi Romani ea sine quibu]s verbis lege agi non potest<sup>5</sup>. Idem | [religiosus est, ut sunt dies pos]tridie omnis calendae<sup>6</sup>, quod iis [sacrificium non fit].

*Ad 3. Ian.:* [Comitiales dies appellantur, cum popul]us coire convocare<sup>7</sup> cogi potest; | ac lege a[gi item licet] . . . . . | quem lege . . . . . | lege agi non . . . . .<sup>8</sup>

*Ad 5. Febr.*<sup>9</sup>: Concordiae in arce<sup>10</sup>. Ferae ex s. c. | quod eo die imperator Caesar Augustus | pontifex maximus trib. potest. XXI cos. XIII<sup>11</sup> | a senatu populoque Romano pater patriae<sup>12</sup> appellatus [est].

*Ad 17. Febr.*<sup>13</sup>: . . . . . tis | . . . . . rum idem | . . . . . ine hasta curis<sup>14</sup> | . . . . . i dicant Quirinum | . . . . . [stultor]um feriae<sup>15</sup>.

*Initio mensis Martii:* Martius ab Latinorum [deo bel]landi<sup>16</sup>, itaque apud | Albanos et plerosque [po]pulos Lat[ini] mos idem fuit ante | conditam Romam; ut a[li]i alii cre[du]nt, quod et<sup>17</sup> sacra | fiunt hoc mense.

*Ad 2. (vel potius 1.) Mart.:* Ferae Marti. Iun[oni] Lucinae E[s]quiliis<sup>18</sup>, | quod eo die aedis ei [dedica]ta est per matronas | quam voverat Albin . . . vel uxor si puerum | . . . . . que ipsa . . .<sup>19</sup>

*Ad 23. Mart.:* [Ferae] Marti. Hic dies appellatur ita<sup>20</sup>, quod | in atrio sutorio tubi lustrantur, | quibus in sacris utuntur.<sup>21</sup> Lutatius<sup>22</sup> | quidem clavam eam ait esse in ruina Pala[tini] | [i]ncensi a Gallis repertam qua Romulus urbem | inauguraverit.

*Ad 4. Apr.:* Ludi M. d. M. I.<sup>23</sup>, megalensia vocantur, quod ea dea | megalae appellatur. Nobilium mutationes<sup>24</sup> cenarum | solitae sunt frequenter fieri, quod Mater magna | ex libris Sibullinis arcessita locum mutavit<sup>25</sup> ex Phrygia | Romam<sup>26</sup>.

*Ad 5. Apr.:* Ludi.<sup>27</sup> Fortunae publicae citerio[ri] | in colle<sup>28</sup>.

*Ad 6. Apr.:* Ludi. F., q. e. d.<sup>29</sup> C. Caesar C. f. in Africa regem [Iubam] | v[icit]<sup>30</sup>.

*Ad 12. (rectius 10.) Apr.:* Ludi in circo. M. d. in Pal[atio], quod eo die aedis e[ius] | dedicata est.

*Ad 23. Apr.:* Sig. divo Augusto patri ad theatrum Marc[ellum]<sup>31</sup>, | Iulia Augusta et Ti. Augustus<sup>32</sup> dedicarunt<sup>33</sup>. — Ti. Caesar togam virilem sumpsit imp. Caesare VII M. Agrippa | III cos.<sup>34</sup>



*Ad 4. Aug.*<sup>35</sup>: Victoriae, Victoriae | Virgini in Palatio<sup>36</sup>. Spei in | Foro Holitorio<sup>37</sup>. Fer. ex [s. c.] | q. e. d.<sup>29</sup> imp. Cae[sar Aug. rem publicam tristissimo periculo liberavit]<sup>38</sup>.

